Nos Conradus Dei gracia dux Slezie, dominus Olsniczensis et Koslensis notum facimus presentibus universis nostras litteras inspecturis, quod ex parte serenissimi principis ac domini domini Wladislay regis Polonie Lythwanieque principi (?) supremo (?) et heredi (?) Russie, domini nostri graciosi reverendus in Christo pater dominus Dobrogostius episcopus Poznaniensis et nobilis dominus Sandziwogius capitaneus Maioris Polonie et palatinus Kalisiensis, fautores nostri dilecti nobiscum fecerunt, firmaverunt et tractaverunt, quod servari debeant fixe et firme pacis treuge de omnibus nostris fortaliciis, terris, incolis, hospitibus, advenis et aliis quibuscunque in nostro dominio existentibus et predicte treuge durare debeant infra hinc et festum beati Martini nunc proxime venturum inter predictum regnum Polonie ex parte una et nostras ac illustris principis domini Henrici mediocris ducis Glogovie et Stynavie patrui nostri terras et dominia ex parte altera, et has pacis treugas promittimus servare sine dolo et signanter, quod si aliquis de nostris predictas pacis treugas fregerit et scienter, tunc volumus, quod nostri capitanei absque omni impedimento et sine mora illum fractorem pacis, si haberi poterit, ad mortem iudicare

teneantur, et ipsi capitanei, si dicti fractores fugitivii fuerint, de eorum bonis mobilibus et inmobilibus se intromittere debeant, ita quod illi, quibus dampna illata existant, in dictis bonis sua dampna recuperare valeant atque possint sub tamen proteccione capitaneorum nostrorum predictorum; preterea eciam predicti domini episcopus et capitanei nobiscum unum certum terminum pro parte utrarumque terrarum assumpserunt videlicet quatuordecem dierum post diem sancti Michaelis proxime nunc venturum pro dampnis hominum ipsarum partium in vere pacis treugis illatis pro eo, quod cognosci et audiri debeant, qui huiusmodi pacis treugas fregerent et ita quod hii refundere debeant huiusmodi dampna passis et ipse terminus debet servari coram ipso domino rege predicto in civitate Kalis, et si idem dominus rex ibidem in ipso termino non fuerit constitutus, tunc ipsius capitanei hoc nobis debebunt intimare et tunc ipse terminus servari debebit in grenciis inter civitatem Goram [1]) et civitatem Ponicz [2]). Ceterum omnes et singuli capti pro utraque parte terrarum, qui non sunt depactati et si sint depactati et non solverunt, non debeant moveri, sed pace frui usque ad prefatum diem sancti Martini, omni fraude et dolo semotis; ita tamen, quod si predicta depactacio aliis in quamcunque solucionem fuisset deputata, hoc sortiri debet suum effectum. Insuper promittimus bona fide omnia et singula cappetula suprascripta firmiter observare et in maiorem evidenciam predicte treugarum pacis presentem nostram litteram sigilli nostri appensione fecimus munniri. Datum et actum in opido Melicz Voratislaviensis dyocisis die beati Donati martiris sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 59, długości 28 i pół centymetr., szerokości 19.

Pieczęci i paska, na którym wisiała, brak.

[1]) *Góra* (Guhrau) obecnie miasto cyrkułowe regencyi Wrocławskiéj.

[2]) *Ponicz* ob. *Puniec* w dawnéj ziemi Wschowskiéj, obecnie w regencyi Poznańskiéj, cyrkule Krobskim.

IX.

Castro Holstein, a. 1391 d. 18 Octobris.

Conradus dux Silesiae et dominus Olesnicensis et Henricus mediocris dominus Glogoviae cum Vladislao rege Poloniae inducias ad diem Pentecostes prorogant.

Nos [1]) Conradus secundus Dei gracia dux Slezie dominus Olsniczensis et Koslensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod reverendus in Christo pater dominus Dobrogostius episcopus Poznaniensis et nobilis dominus Sandziwogius capitaneus Maioris Polonie et palatinus Kalisiensis ex parte serenissimi principis et domini domini Wladislai regis Polonie Litvanieque principis supremi et heredis Russie nobiscum fecerunt, firmaverunt et tractarunt, quod servari debeant fixe et firme pacis treuge de omnibus nostris fortaliciis, terris, incolis, hospitibus, advenis et aliis quibuscunque in terris nostris existentibus, et predicte treuge durare debeant infra hinc et festum Penthecosten nunc proxime venturum inter predictum dominum regem et totale regnum Polonie ex parte una—et illustris principis ducis Henrici mediocris domini Glogovie et Stynawie et nostras terras et dominia ex parte altera. Et has pacis treugas promittimus servare sine dolo et signanter, quod si aliquis de nostris terrigenis predictas pacis treugas fregerit et scienter, tunc volumus, quod nostri capitanei absque omni impedimento et sine mora illum fractorem pacis, si haberi poterit, ad mortem iudicare teneantur; et ipsi capitanei, si dicti fractores fugitivi fuerint, de eorum bonis mobilibus et inmobilibus se intromittere debeant, ita quod illi, quibus dampna illata existant, in dictis bonis sua dampna recuperare valeant atque possint sub tamen proteccione capitaneorum nostrorum predictorum. Preterea nos cum predictis dominis episcopo et Sandziwogio unum certum terminum, conpetenter dictis pacis treugis pendentibus, cum memorato domino rege Polonie recipiemus hinc inde ex utraque parte pro dampnis hominum ipsarum partium in vere pacis treugis illatis pro eo, quod cognosci et audiri debeant, qui huiusmodi pacis

treugas fregerunt, et ita quod hii refundere debeant huiusmodi dampna passis, et ipse terminus debet servari coram dicto domino rege in civitate Kalis. Et si ibi in ipso termino prefatus dominus rex non fuerit constitutus, tunc ipsius capitanei predicti dicto domino duci Henrico et nobis intimare hoc idem debeant, tunc ipse terminus servari debeat in greniciis inter civitatem Goram et civitatem Ponicz. Ceterum omnes et singuli captivi pro utraque parte terrarum, qui non sunt depactati et si sint depactati et non solverunt, non debeant moveri sed pace frui usque ad prefatum diem Penthecosten, omni fraude et dolo semotis; ita tamen quod, si predicta depactacio aliis in quamcunque solucionem deputata fuisset, hoc debet sortiri suum effectum. Insuper promittimus bona fide omnia et singula capetula supra scripta firmiter observare et in maiorem evidenciam predictarum treugarum pacis presentem nostram litteram sigilli nostri appensione fecimus muniri [2]). Datum et actum in castro Holstein ipso die beati Luce ewangeliste anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo.

Oryginał— pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 40, szerokości 18, wysokości 30 centymetrów.

Pieczęć— książęca, dobrze zachowana wisi na pasku pargaminowym.

[1]) Brak inicyału w wyrazie *Nos*.

[2]) Zob. dokument poprzedni, VIII.

X.

In Nova Civitate Corczyn, a. 1393 d. 26 Julii.

Induciae ducis Vladislai Opoliensis etc. cum Vladislao rege Poloniae ad festum Assumpcionis b. M. Virginis.

Ladislaus Dei gracia dux Oppoliensis, Welunensis, Cuyaviensis, Dobrinensis etc. notum facimus universis, quibus expedit, presencium noticiam habituris, quod de et super omnibus et singulis offensis, controversiis, dissensionibus, injuriis omnibusque aliis gestis guerrarum inter serenissimum principem dominum dominum Wladislaum Dei gracia regem Polonie Lithuanieque princi-

pem supremum et heredem Russie illustrem, regnum Polonie et subditos ipsius quoscumque ab una—et nos nec non terras et subditos nostros quoscumque ab altera parte, nullis penitus exclusis, ortis, motis, factis et quomodocumque habitis hucusque, facimus, statuimus, interponimus et firmamus puras et veras treugas pacis christianas a die data presencium usque ad festum Assumpcionis sancte Marie Virginis gloriose proxime nunc venturum inclusive inter prefatum dominum Wladislaum regem, regnum et subditos ipsius singulos et nos terras ac subditos nostros universos, quorum de rato cavemus ab utraque parte firmiter et indissolubiliter observandas, promittentes bona fide, honore ducali, absque omni dolo et fraude nostro, terrarum et subditorum nostrorum nominibus prefatas pacis treugas ad dictam diem Assumpcionis sancte Marie inclusive rate, firme et inviolabiliter more christiano observare, prout earum forma postulat et requirit. Policemur insuper nominibus, quibus supra, dicto domino Wladislao regi nullum prorsus emulum seu hostem suum, durantibus dictis pacis treugis, munire vel iuvare verbo, facto, consilio, auxilio aut favore, que vergi viderentur in ipsius domini Wladislai regis et eius subditorum iniuriam, dampnum, incomodum et iacturam. Nulli igitur subditorum nostrorum liceat memoratas pacis treugas taliter statutas et factas, ut premittitur, verbo vel ope, publice aut occulte, per se aut interpositam personam vel quacumque alia machinacione infringere vel eciam violare. Si quis autem de nostris subditis dictas pacis treugas infra premissum tempus observandas ausu temerario infringere presumpserit, proinde quemlibet ipsas infringentem pena, quam contra tales iuris dictat censura, decernimus et volumus fore et debere rigidius puniendum. Eciam omnes et singuli mercatores et vectores tam regni Polonie quam nostrarum terrarum mutuas adinvicem mercaciones, empciones et vendiciones mercium et aliarum rerum emptibilium et venalium, quarumcumque exerceant et cum eisdem per regnum Polonie ad nostras terras et econtra secure et pacifice transeant, de ipsisque mercibus et rebus pro voluntate ipsorum disponant et deinde ad propria ipsorum secures habeant regressus quocienscunque [1]) voluerint, pacis treugis pendentibus tantummodo antedictis. Harum nostrarum, quas appensione sigilli nostri communiri iussimus, testimonio litterarum. Datum in Novacivitate Corczin in crastino sancti Jacobi apostoli gloriosi anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 795, długości 16 centymetr., szerokości 26.

Pieczęć z paskiem oderwana.

[1]) Pod literą *o* w tym wyrazie jest niedokończony znak litery *s*.

Dla uzupełnienia wiadomości o sprawie dokumentem niniejszym objętéj powołujemy uwagę czytelnika na rzeczy następujące:

Władysław ks. Opolski przed ostatecznem zerwaniem z Jagiełłą zawarł ten krótkotrwały rozejm i dla nabycia środków pieniężnych do wystąpienia zbrojnego pragnie zastawioną Krzyżakom ziemię Dobrzyńską sprzedać im, na co wyrabia zezwolenie u Zygmunta króla węgierskiego.

Sigismundus rex Hungariae etc. Vladislao duci Opoliensi terras Cujaviensem et Dobrinensem, quas idem permutationis titulo a Ludovico rege Hungariae obtinuerat, vendendi confert potestatem. Dat. „Schintanie fer. 5 post f. Nativitatis b. M. V. 1393.“ (d. 11 Septembr.) (t. II 340 niniejsz. kod.).

Dla zainteresowania synowców księstwo im swoje zapisuje.

Vladislaus dux Opoliensis etc. nepotibus suis Joanni archiep. Gniesn., Bernardo et Bolkoni ducibus Opoliensibus post sua et Ofcae uxoris suae mortem ducatum suum eis inscribit, et sigillatem: terram Opoliensem cum castro et media parte oppidis Opole, terram Glogoviensem (Parva Glogovia) cum oppido et castro, denique castra: „Strzelicz“, „Bonczlaw“, oppida et castra: „Welun“, „Crippicz“, „Clopug“, „Holnstein“, „Brosnicz“, „Schiltberg“, „Newstat“ et „Crysaw“ cum pertinentiis. Dat. Opole „am sontag vor Symonis und Jude 1393” (26 Octobris) (*Cod. dipl. Siles. VI*, Breslau 1865, *Regist. St. Venceslai* N. 80).

Opiekunowie księcia Opolskiego Wacław kr. czeski i Zygmunt kr. węgierski pomocy wojskowéj mu nie dostarczyli, a zakon krzyżacki, wziąwszy ziemię Dobrzyńską sposobem zastawu kupić jéj nie chce. (*Książęta Szląscy* Bonieckiego część II, str. 110 i dalsze).

Offka ducissa Opoliensis etc. consentit, ut terra Dobrinensis Ordini Teutonico oppigneretur. Dat. „zu Wenigen Glogow uf unserm huse.... an deme neesten dornstage vor sente Urbanstage 1394“ (20 *) Maj.) (t. II 799 niniejsz. kod.).

Conradus Jungingen supremus magister Ordinis Teutonicorum Vladislao duci Opoliensi etc. emptionem terrae Dobrinensis negat. „Gegeben czu Marienburg am tage Stanyslay, Anno nonagesimo quinto.“ (8 Maj) (Joh. Voigt: *Cod. dipl. Prussiae* Königsberg 1857 V, 93).

Idem denuo negat. Dat. „Marienburg am fritage noch Katharine virg. (1395)“ (26 Novembr.) (Joh. Voigt: *Cod. dipl. Pruss* VI, 18).

Idem in emptionem consentiet, quando dux Vladislaus representabit ei documenta vendendi. Dat. „Marienburg am sontag noch Epiphanie domini anno XCVIto“ (9 Januar) (Joh. Voigt: *Cod. dipl. Pruss* VI, 23).

Sigismundus rex Hungariae etc. Vladislao duci Opoliensi terras Cujaviensem et Dobrinensem vendendi confert potestatem. Dat. „in Wywar alias Holicz fer. 3 post fest. s. Dorothae. 1396“ (8 Februar.) (Dogiel: *Cod. dipl. Regni Polon.* IV, 77).

Jagiełło rozproszył siły Władysława ks. Opolskiego i wkroczył do Szląska; synowcowie tego ostatniego nie mogąc mu stawić oporu opuszczają swego stryja a z królem pokój zawierają.

*) Błędnie tam postawiono datę „25 Maji.“

Bernardus et Boleslaus duces Opolienses ipsorum et Joannis episcopi Caminensis fratris eorum nomine, intervenientibus ducibus Silesiae, cum Vladislao rege Poloniae concordiam inierunt. Dat. „ante Opol die dominico in crastino s. Dominici confes. 1396“ (6 *) August.) (Dogiel: *Cod. dipl. Regni Polon.* I, 539; Sommersberg: *Script. Rer. Siles.* I, 1009).

Część księstwa Opolskiego, należącą do ks. Władysława, Jagiełło ofiarował Spytkowi z Mielsztyna wojewodzie krakowskiemu, który zastawia ją książętom Cieszyńskim. Córka jego Elżbieta poślubiając Bernarda ks. opolskiego wniosła mu tytułem posagu pomienioną część.

Tenutoria Lubliniecz, Rosemberg sive Oleszno et Gonzow Premislao duci Cieszynensi et Bolcslao ac Premislao filiis ejusdem oppignerantur a Spitkone de Mielsztyn. Dat. „Bythom in die undecim milia virginum 1397“ (21 October.) (III 359 niniejsz. kod.).

Bolko dux Opoliensis omnia sua jura ad terras et castra „Rosenberg“, „Loblin“ etc., quae frater ejus Bernardus possidet, eidem cedit iisdem juribus, quae Premislao duci Tessinensi, Spitkoni de Melstyn palatino Cracoviensi et dominae Elisabeth consorti Bernardi serviebant. Dat. „zu Opul. mitwoch U. L. F. tag Assumpcionis 1401“ (17 August.) (*Cod. dipl. Siles.* VI *Registr. S. Venceslai* N. 92).

XI.

In loco conventionis prope molendinum Lubnicense a. 1397, d. 12 Junii.

Venceslaus episcopus Vratislaviensis et alii duces et principes Silesiae cum Vladislao rege Poloniae ad triennium pacem contrahunt.

In nomine Domini amen. Nos Wenceslaus Dei gracia episcopus Wratislaviensis, Ludovicus cum filiis suis Bregensis, Przimslaus cum filiis suis Tesschinensis, Cunradus cum filiis suis Olsnicensis, Rupertus Legnicensis pro se et tutorio nomine filiorum quondam domini Henrici junioris ducis Saganensis felicis reminiscencie nuper defuncti, Przimko cum filiis suis Oppaviensis, Bolko cum fratribus suis Opoliensis et Johannes Uswicensis—domini Slezie, duces et principes recognoscimus tenore presencium universis, quod, considerato bono pacis et concordie, quo regna et principatus proficiunt et tota reipublice universitas felicia recepit incrementa, pacis federa, ligam et concordiam inivimus cum serenissimo principe ac domino domino Wladislao rege Polonie etc. et regnicolis regni sui modo subscripto, quod videlicet predones, fures, profugos et alios minus iuste diffidantes *), qui non possent nec vellent fideiussoriam caucionem facere, quod velint juri parere et juris pati dictamen in partibus, unde fugerunt, eosdem in terris no-

*) Błędnie tam postawiono datę „5 Augusti.“

stris servare, fovere contra regem et regnicolas predictos publice vel occulte penitus non debemus nec cuiquam ipsorum treugarum inducias dare in dictis terris nostris demorandi, sed pocius eos impedire debemus et habere tamquam inimicos proprios iuxta posse, ut premittur, sine dolo, nec eciam debemus permittere tales criminosos supra expressos, terris dicti domini regis dampna inferre intendentes seu comminantes, per ducatus et terras nostros in regnum et contra regnicolas regni ipsius transire, ymmo hoc avertere secundum nostrarum virium facultatem nos eis opponendo, prout dominus rex et sui opponentur se eisdem. Denique si aliquis indigena ducatuum et terrarum nostrorum, cuiuscumque status vel condicionis existat, regnicolis regis Polonie dampna inferret, extunc cum eodem nostro terricula(?) sive indigena debitum debemus facere iusticie complementum per nos vel capitaneos seu judices nostros in locis per nos mutuo nominatis subscriptis, videlicet: in Nevenstat, Czelesin, Strelicz, Tost, Bytschin, Wartinberg, Melicz, Herrenstat Czulchaw [1]), in quibus locis homines ducatuum et terrarum nostrorum, qui regnicolis sive hominibus domini regis predicti dampna fecerint, in certis terminis ipsis assignatis coram nobis, judicibus seu capitaneis nostris juri parere debebunt ad instanciam partis adverse, ubi tunc debitum et indilatum debet fieri iusticie complementum; nostri vero homines predicti dampna passi debent querere jus in locis regni et terrarum dicti domini regis viciniorибus in dicti domini regis littera nominatis. Insuper si aliquis principum inter nos pro se ipso seu eius persona per dictum dominum regem vel suos barones inculpatus fuerit de illata iniuria, extunc talis inculpatus debebit dicto domino regi vel suis principibus et baronibus, quos suo nomine ad prosequendam causam transmiserit, juri parere et iudicialiter respondere coram illustri principe domino Przimslao duce Tesschinensi; si autem idem dominus Tesschinensis per se, ut premittitur, inculparetur, extunc coram alio principe ex nobis predictis, quem dominus rex vel sui eligendi ad hoc duxerint eiusdem cause in judicem, dicto domino regi et suis debet contra dictum dominum Tesschinensem fieri iusticie complementum. Premissa itaque omnia et singula pro pace et concordia inter nos et dictum dominum regem ordinata in omnibus suis punctis et articulis, prout expressa sunt in treugis et vera pace, pro-

mittimus et spondemus bona fide et sine dolo illibata et integra servare, tenere et per triennium continuum a data presencium inviolabiliter observare. In quorum evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in loco convencionis prope molendinum Lubnicense feria tercia infra octavas Penthecosten anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod N. 29, długości 27 a szerokości 46 centymetr.

Pieczęci książęcych było 8 na paskach pargaminowych, z tych jest 5 dobrze zachowanych, jedna nadkruszona, jedna zniszczona i jednéj brak razem z jéj paskiem.

*) W miejscu dwóch liter *te* pargamin przedziurawiony.

[1]) *Nevenstat*—Neustadt (Prudnik) obecnie miasto cyrkułowe w regencyi Opolskiéj.

Czelesin, Zülz (Bielz).

Strelicz, Gross Strhelitz (W. Strzelce) i

Tost (Tożek, Toszczek) – miasta cyrkułowe.

Bytschin, Pitschen (Byczyna)— w cyrkule Kreuzburskim.

Wartinberg, Wartenberg i

Melicz, Militsch (Milicz)— miasta cyrkułowe w regencyi Wrocławskiéj.

Herrenstat Herrnstadt (Wąsorz) — miasto cyrkułowe regencyi.

Czulchau, Züllichau (Cylichowo)—miasto cyrkułowe w regencyi Frankfurckiéj (nad Odrą).

Wyprawa Jagiełły na Szlązk ukończoną została zawarciem niniejszego pokoju. Henryk VIII ks. Sagan-głogowski umarł 14 marca 1397 r. pozostawiając 4 synów: Jana, dwóch Henryków i Wacława. Bolko ks. Opolski działa w imieniu braci, Bernarda ks. na Falkenbergu i Jana Kropidło biskupa Kujawskiego.

XII.

Opole, a. 1399 d. 20 Aprilis.

Bolco et Bernardus duces Opolienses similiter fideiubent pro fratre suo Johanne episcopo Culmensi in Kalisz a Vladislao rege Polonie detento et promittunt predicto duci ipsum hanc injuriam non ulturum neque quidquam contra regnum Poloniae iure vel bello tentaturum.

Nos Bolko et Bernhardus Dei gracia duces Opolienses etc. ad universorum noticiam per hec scripta deducimus, quomodo serenissimus princeps dominus et dominus Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. ad nostre caucionis fideiussorie puram et cristianicam

sponsionem illustrem dominum Johannem et ducem Opoliensem fratrem nostrum ex certis causis arrestatum ad manus nostras de arresto dimitti fecit sub condicionibus infrascriptis, hiis videlicet: quod idem dominus Johannes singulis controversiarum materiis cum ipso domino rege, domina regina, regno Polonie et eorum regnicolis hactenus habitis et signanter in facto huius arresti, omnino suffocatis, deletis, subpressis in nichilum redactis et extinctis cum ipso domino rege, regina, regnicolis eorum in puritate animi debent vivere eisque fideliter favendo, nullas lites controversiarumque materias, iurgia aut gwerras iudiciales, actuales et belligeras cum ipsis regno et regnicolis et singulis ipsorum tam secularibus quam spiritualibus nec per se ipsum, nec per amicos, nec per nos suos fratres ac quascunque personas intermedias cuiuscunque status vel condicionis, ecclesiasticas vel seculares, amovendo ad vite sue tempora de premissis transactis, suppitis innovare, sed pocius ipsos dominum regem, reginam et regnum ipsorum Polonie ab insultibus quorumlibet emulorum, salva omagiali constancia, fideliter premunire civesque, regnicolas tam seculares quam spirituales, mercatores et subditos quoslibet ipsorum sinceris prosequi favoribus et eos tam in propriis terris quam eciam alienis nec per se, nec per alios quocunque modo mittere perturbare; ymmo, pro ipsis se favorabiliter opponere et eis assistere viscerosa caritate. Et ut eorum maior certitudo habeatur, dominusque rex, regina, regnum, regnicole ipsorumque subditi omnes et singuli cerciores reddantur, nos Bolko et Bernhardus pura fide sub fide et honore nostris et in verbo ducali promittimus et caucione fideiussoria astringimur, quod omnia prescripta ipse dominus Johannes in omnibus eorum punctis, articulis, condicionibus et clausulis sine dolo et fraude firmiter observabit nec ea quomodolibet aliquibus coloribus violabit. In casu autem, quo ipsa non servaret et ea aliquo eventu violaret per se, per amicos et per nos ipsius fratres et personas quascunque eclesiasticas vel seculares, extunc in fide et honore, ut supra, promittimus quemlibet ex nobis tribus fratribus cum viginti equis et quatuor feodalibus melioribus terrarum nostrarum civitatem Cracoviensem intrare et inde non exire, ut [1]) equalis per nos fiat restauracio deperditi pro talibus dampnis, que ex violacione nostre promissionis procederent racione dicti domini Johannis et fratris no-

stri, tali tamen condicione adiecta, quod post percepta dampna, que veridice et probabiliter possunt doceri, dominus rex, domina regina vel regnum alicui ex nobis litteratorie debet insinuare et tunc, si dictus noster frater dominus Johannes vel unus ex nobis infra tres menses sequentes immediate a noticia literalis insinuacionis innocenciam suam et nostram in hiis nequimus ostendere vel dampna secundum equitatem iuris et iusticie reformare vel infra nominatos tres menses satisfacere, tunc omni semota excusatione, modo et forma, ut premittitur, reddimus nos, omni dolo et fraude exclusa, obligatorie astrictos. Si autem condigna per nos fierit infra idem spacium trium mensium dampnorum refusio, tunc ab omni impeticione et obstagio debemus debite et amicabiliter supportari; eciam si aliquis in susceptis dampnis nos maliciose et fraudulenter vellet gravare, tunc cum ipso stare debemus et volumus decreto duorum vel trium Polonie principum secularium, quos dominus rex, regina ac [2]) regnum duxerint eligendos. Volumus insuper et submittimus nos per presentes, quod si predictam civitatem Cracoviensem racione obstagii intrare, ut premittitur, recusaremus, tunc dampna, que ipsis domino regi, regine et regnicolis Polonie et subditis ipsorum ex violacione, ut premittitur, acciderent, in nobis deberent redundare, que eciam ipse dominus rex et ipsius regnicole et subditi tam seculares quam spirituales in nobis, nostris subditis et substanciis possint et debeant licite repetere per arrestaciones omnium nostrorum subditorum, quos eciam in omnibus mundi partibus per regnicolas ipsorum et nostras ac eorum substancias iuridice detinere, que utique nos inequanimitate animi tollerare debebimus, nec ea, que in recuperacione dampnorum suorum nobis rite et iuste facta fuerint, aliquam iuridicam, arbitrariam, actualem seu belligeram contradicendi et causandi contra ipsum dominum regem, reginam et omnes regnicolas et subditos ipsorum habebimus facultatem. Hec omnia et singula nos Johannes Dei gracia episcopus Culmensis et dux Opoliensis promittimus et nullam penitus contra dominum regem, dominam reginam et regnicolas tam seculares quam spirituales per amicos, per fratres et per quascunque alias personas volumus et debemus in prescriptis accionem habere. In quorum omnium testimonium presentem litteram, nostris appensis

sigillis, duximus roborandam. Datum Opol anno Domini M° CCC° XCIX° dominica tercia post festum Pasche.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 34, szerokości 28, a wysokości 40 centymetr.

Pieczęci książęcych trzy na paskach pargaminowych: jedna dobrze zachowana, dwie inne — nadkruszone.

[1]) W oryginale *u* ze znakiem '.

[2]) W oryginale *a* ze znakiem '.

Jan Kropidło z książąt Opolskich biskup Kujawski za wpływem stryja swego Władysława ks. Opol., Dobrzyń. etc. w Rzymie otrzymał w 1389 r. nominacyą na arcybisk. Gnieznieńskiego bez uzyskania zezwolenia króla Jagiełły, który go téż do téj godności nie dopuścił. Biskup Jan przyjaciel Krzyżaków udał się do nich dla popierania swojéj sprawy, gdzie w 1394 r. objął zarząd dyecezyi Kamińskiéj, a następnie 1398 r. Chełmińskiéj.

W 1399 r. biskup Jan dla zbliżenia się do swoich stronników znalazł się w Kaliszu, gdzie go z rozkazu króla uwięziono, ale za wstawieniem się książąt Szląskich uwolniony został, a nawet w 1402 r. przywrócony do zarządu biskupstwa Kujawskiego. (*Książęta Szlązcy* M. Bonieckiego część II str. 117).

Premislaus dux Tessinensis aliique duces Opolienses Vladislao regi Poloniae fideiubent pro Joanne episcopo Camineusi. Dat. „Teschinii Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, in conductu Paschae“ (6 April.). (Dogiel. *Cod. dipl. Regni Pol.* I 540).

XIII.

Glogoviae, a. 1400 d. 26 Maji.

Vladislaus dux Opoliensis recognoscit bona Olszyna et Rojow in quadam pecuniae summa a Nicolao de Katowice sibi esse obligata.

Nos Ladislaus Dei gracia dux Opuliensis etc. notum facimus tenore presencium, quibus expedit, universis, quod quia veniens ad nostram presenciam nobilis et honesta domina Anna conthoralis strennui Johannis militis de Stynavia, supplicans nostre illustritati humiliter ex affectu, quatenus sibi presentem publicam recognicionem assignare dignaremus, quomodo vel qualiter alias temporibus dudum retroactis ville et possessiones, puta Olsina et Royow [1]) nostris fuissent subiecte dominio et potestati; nos vero prefate domine Anne dignis supplicacionibus benigniter inclinati recognoscimus per presentes, quod propter instantem requisicionem et ingruentem necessitatem Nicolai de Ketczerdorff alias Kathowicze de et super prefatas possessiones et villas Olsina et Royow [1]) quendam

certam summam pecunie predicto Nicolao racione obligacionis in parata pecunia duximus largiflue mutuandam, de quarum quidem summa pecuniarum insolutarum, ut prefertur, idem Nicolaus nobis in quadraginta marcis grossorum pragensium polonici pagamenti remanebit debitorie obligatus. Harum nostrarum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Datum Glogovie XXVI die mensis Maii. anno Domini millesimo CCCC^mo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 630, format mały.
Pieczęć na pasku — oderwana.
Wydany u Stronczyńskiego: *Wzory pism dawnych* N. 42.
[1]) Obecne Olszyna i Rojów w powiecie Ostrzeszowskim na płd. zachód od m. Ostrzeszowa.

XIV.

Biedna, a. 1401 d. 24 Martii.

Ludovicus heres de Gorzew declarat se nihil contra Vladislaum regem Poloniae tentaturum neque in Gorzew profugas et inimicos regni apud se servaturum.

Ego Lodwicus heres de Gorzew tenore presencium bona fide promitto, quatenus a festo Phasce proxime venturo per quatuor annos dictum festum Pasce continue sequentes non ero, nec esse volo per me vel meos facto vel opere, consilio, auxilio vel favore contra serenissimum principem dominum Wladislaum regem Polonie, nec contra coronam, regnum et regnicolas ac quevis bona regni Polonie predicti et specialiter contra dominam Elisabeth relictam domini Spitkonis olim palatini Cracowiensis, suos tenutarios ac quevis bona sua, nec servabo aliquos homines profugos aut predones in fortalicio Gorzew vel aliis bonis meis ipsi domino regi, regno et hominibus quibusvis suis nocentes vel nocere volentes, nec permittam huiusmodi profuges(?) ad nocendum prefato regno Polonie et eius regnicolis per fortalicium Gorzew predictum scienter pertransire. Promitto eciam treugas michi per dominum regem concessas et omnia in littera super huiusmodi michi data pacis treugas contenta in omnibus suis punctis fideliter et inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus

est apensum. Datum in Biedna feria quinta proxima post Judica dominicam anno Domini millesimo CCCC^o primo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 269, szerokości 11 i pół, wysokości 26 centymetr.
Pieczęć oderwana.
Gorzow zameczek na pograniczu Szląskiém w regencyi Opolskiéj, cyrkule — Kreuzberskim. Rodzina pisząca się z Gorzewa osiadła na Szląsku przyjazne stosunki zachowuje z Polską. W r. 1433 Hinczko Swiętopełk pan na Gorzewie walczy przeciwko husytom, którymi dowodzi Puchała, oblega Kreuzberg (Scr. Rer. Sil. VI 130). W r. 1437 Władysławowi Warneńczykowi obiecuje wierne służby:
Svantopelc de Gorzew fidelitatem promittit Vladislao regi Poloniae contra omnes hostes, excepto Bernardo duce Opoliensi, suo et Nicolai de Ruszcze fratris sui nomine. Dat. „Cracovie fer. 6 ante dominicam Oculi 1437" (1 Mart.) (III str. 409).
A gdy Hinczko znalazł się w nieporozumieniu z Wrocławiem, pośredniczy król Polski (Mosbacha *Przyczynki* str. 96, rok niewłaściwy); zgoda jednak nie nastąpiła i Hinczko na czele Polskiego oddziału wtargnął się w posiadłości Bolka ks. Opolskiego i w połowie Września tegoż 1437 r. Krapitz zajął, zkąd o dalszych wyprawach przemyśliwał, rzecz oparła się aż o cesarza Zygmunta, do którego Wrocławianie i Elżbieta księżna Lignicka też udali z zapytaniem, jak postępować mają z Polakami, co zamki pozajmowali, a Zygmunt 21 października odpowiedział im, że oczekuje posłów polskich, gdy co z nimi postanowi, obiecuje zawiadomić. Dat. „Prage am montag andir heiligen Eylifftusent Jungfrawen tag. 1437." (Mosbach *Przyczynki* str. 97.— W Zeitschrift das Vereins f. Gesch. u. Alterth. Schlesiens XII tom—*Documente zur geschichte des Poleneinfalls von 1437*, N. 4 i 5, str. 281).

XV.

Betler, a. 1407 d. 28 Novembris.

Venceslaus Romanorum et Bohemiae rex donationem propter nuptias a Joanne duce Opav-Rathiboriensi Helenae uxori suae factam approbat.

Wir Wenczlaw von Gotes gnaden romischer kunig zu allen czeiten merer des reichs und kunig zu Beheim bekennen und tun kunt offenlich mit disem brive allen den die in sehen oder horen lesen, wann der hochgeborn Johans herczog zu Troppaw und zu Rathibor unser liber oheim und furste der hochgebornen Helenen seiner elichen hawsfrawen Plessin haws und stat Berun und Miculow [1]) und dorczu das dorff Czawsch mit allen seinen herschaften, manschaften und lantleuten, ouch mit allen dorffern, die

do gelegen sint in den weichpilden der egenanten stete und merckte, mit allen iren gulden, czinsen, czollen, nuczen und genyessen mit ekkern gearn und ungearn, mit welden, puschen, heyden, wysen, weyden, wassern und wasserflissen, teichen und teichsteten, mit allen zugehorungen cleyn und gross, keynes usgenomen, wie die sunderlichen genant mogen werden, mit allen furstlichen rechten, als es der egenante herczog Johans gehabt, gehalden und besessen hat bis doher und als es sunderlichen in ydem weichpilde der egenanten stete und merckte mit allen dorffern, die dorczu gehoren, in seinen greniczen von alders gelegen ist und umfangen, usgenomen allem Goz und Zawaden, dennoch die dinste und anfelle derselben guter sullen an sie gehoren, die von uns und der crone zu Beheim zu lehen ruren zu einem rechten leipgedinge ire lebtage vormacht hat und bat uns mit demutigem fleisse, das wir zu demselben leipgedinge unsere gunst und guten willen zu geben und der egenanten Helenen die vorgenanten guter alle zu umleyhen gnediclich geruchten, des haben wir betracht sulche manchfeldige nucze und willige dinste, als uns der egenante herczog Johans unser oheim oste und dicke getan hat und furbas tun sol und mag in zukunftigen czeiten, und haben dorumb mit wolbedachtem mute, gutem rate unserer fursten edeln und getrewen zu dem vorgenante leipgedinge unsere gunst und guten willen gegeben und die egenanten guter der egenanten Helenen zu rechtem leipgedinge ire lebtage gelihen und gereichet,—leihen und reichen ir die in craft diez brives und kuniglicher macht zu Beheim in sulcher bescheidenheit, als hernach geschriben steet. Were's sache, das die egenante Helena den egenanten herczog Johans unsern oheim uberlebte, das sie dann nach seinem tode, dieweyle sie witwe bleibet, die vorgenanten guter mit allen iren zugehorungen, als oben geschriben steet, in vir tawsend marck prager grosschen polnischer czal haben, halden der genyessen und gebrauchen solle und moge, als suches leipgedinges in den landen do dieselben guter gelegen sint, gewonheit ist von allermeniclich ungehindert. Wer aber sache, das der egenante unser oheim herczog Johans mit derselben seiner hawsfrawen sune gewunne, wenn die gebuchsen und mundig wurden, also ab sie einen andern man neme, so mugen dieselben seine sune ir das ablosen fur drey tawsent

mark, do Got vor sey, ab er nicht sune liesse, so mugen andere seine nachkomlinge ir dasselbe ablosen vor vir tausent mark, sunder sie wytwe bleibet, sol und mag ir nymand das ablosen und sol das haben und halden ire lebtage, als oben geschriben steet, unschedlich doch uns und der crone zu Beheim an unsern lehen und dinsten, und sust yderman an seinen rechten. Und des sint geczewgen: die erwirdigen Wenczlaw patriarch zu Anthiochie etc., Conrad Erwelter zu verden des kunigreichs zu Beheim, undercamrer der edel, Laczke von Crawarn hofmeister und Niclas von Prage des Berges zum Chutten obrister urbor schreiber — unsere Rete und liben getrewen. Mit urkunt diez brives versigelt mit unserer kuniglichen maiestat insigel. Geben zum Betler nach Crists geburt virczehen hundert jar und dornach in dem sybendem jare des montags vor sand Andres tage, unserer reiche des Behemischen in dem funf und virczigisten und des romischen in dem czwey und dreyssigisten jaren.

Ad mandatum domini regis Jacobus canonicus Pragensis [1]).

Na odwrocie pargaminu spółczesną ręką napisano: R. Caspar de Lewbicz.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod N. 229, szerokości 42 centymetr., wysokości 31.

Pieczęć duża królewska wisi na sznurku jedwabnym czarno żółtym, zniszczona. Zob. dokument następny N. XVI.

[1]) Jest to dopisek na załamanéj części odwrotnéj strony pargaminu.

Jan II ks. Opawsko Raciborski poślubił Helenę córkę Dymitra Korybuta ks. Siewierskiego (ks. Briańskiego), która była siostrą Zygmunta Korybuta pomagającego husytom w Czechach (Stadnicki, *Bracia Władysława Jagiełły).* Szlachta szlązka poręcza, że zapisy przedślubne król czeski zatwierdzi.

Quidam nobiles Silesie jubentur Vladislao regi Poloniae et Alexandro-Witholdo magno duce Lithvaniae, quod Joannes dux Oppaviensis intra certum tempus tradet ipsis litteras Venceslai regis Bohemiae super inscriptionem dotis, quam idem Joannes Helenae uxori suae fecit Dat. „in Vilna dominica die post octavas Epiphaniae 1407" (16 Januar) *(Script. Rer. Sil.* Sommersberg I 951).

XVI.

Pragae, a. 1411 d. 15 Mai.

Venceslaus Romanorum et Bohemiae rex donationem ante jam actam a Joanne duce Opav-Ratiboriensi Helenae consorti suae aprobat et tutores ejusdem dotalitii Conradum Olesnensem et Boleslaum Tessinensem duces instituit.

Wir Wenczlaw von Gotes gnaden romischer kunig zu allen czeiten merer des reichs und kunig zu Beheim bekennen und tun kunt offenlich mit disem brive allen den, die in sehen oder horen lesen, wann der hochgeborne Johans herczog zu Troppaw und zu Ratibor unser liber oheim und furste der hochgebornen Helenen seiner elichen husfrawen Plessen hus und stat Berun und Myculow und dorczu das dorff Czawsch mit allen seinen herscheften, manscheften und landlewten, ouch mit allen dorffern, die da gelegen sint in den weichbild der egenanten stete und merkte, mit allen iren gulten, czinsen, czollen, nuczen und genyessen mit ekkern gearn und ungearn, mit welden, puschen, heiden, wisen, weyden, wassern und wasserfliessen, teichen und teichsteten, mit allen zugehorungen cleyn und gros, keins usgenomen, wie die sunderlichen genant mugen werden, mit allen furstlichen rechten, als es der egenante herczog Johans gehabt, gehalden und besessen hat bis doher und als es sunderlichen in ydem weichbilde der egenanten stete und merckte mit allen dorffern, die dorczu gehoren, in seinen greniczen von alders gelegen ist und umfangen, usgenomen allem Goz und Sawaden; dennoch die dinste und anfelle derselben guter sollen an sie gehoren, die von uns und der crone zu Beheim zu lehen ruren zu einem rechtem leipgedinge ire lebtage vermacht hat, dorczu wir ouch unsern guten willen und gunst gegeben, und ouch der egenanten Helena alle vorgenanten guter mit iren zugehorungen zu rechtem leipgedinge gelihen und gereichet haben, die ire lebtage zu haben, zu halden, zu besiczen und der zu genyessen und zu gebrauchen von allermeniclich ungehindert, als das alles unserer kuniglichen maiestat brive, die wir doruber geben

haben wol usweysen, und uff das, das die egenante Helena an den egenanten gutern und irem leibgedinge nicht gehindert noch geirret werde, sunder der ire lebtage geruhlichen genyesse und gebrauche, – so haben wir ir mit wolbedachtem mute und rechter wissen zu vormunde und lehentragern der egenanten guter und ires leipgedinges die hochgebornen Conraden von der Olssen und alle seine sune und Bolken zu Teschin herczogen unsere libe oheimen und fursten gnediclichen gegeben und geben ir die mit craft dies brives und kuniglicher macht zu Beheim; also das sie sie bey den egenanten gutern und irem leipgedinge von unsern wegen getrewlichen hanthaben, schuczen und schirmen sollen und nicht gestaten, das sie ymand doran ire lebtage hindern oder irre in dheineweis, unschedlich doch uns an unsern lehen und dinsten. Mit urkunt dies brives versigelt mit unser kuniglichen maiestat insigel. Geben zu Prage nach Cristes geburt virczehen hundert jar und dornach in dem eynleften jare an sand Sophien tage, unseres reiche des Behemischen in dem acht und virczigisten und des Romischen in dem funf und dreyssigisten jaren.

Per dominum Conradum episcopum Olomuniensem Johannes de Bamberg [1]).

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 230, szeroki 34, wysoki 32 centymetr.

Pieczęć duża królewska na pasku pargamin., ma na odwrotnéj stronie wyciśniętą pieczątkę orła cesarskiego ze lwem na piersiach.

[1]) Przypisek na załamie pargaminu.

XVII.

Tocznik, a. 1412 d. 15 Novembris.

Venceslaus Romanorum et Bohemiae rex novam dotationem, a Joanne duce Opav-Ratiboriensi factam Helenae uxori suae, approbat.

Wir Wenczlaw von Gotes gnaden Romischer kunig zu allen czeiten merer des reichs und kunig zu Beheim bekennen und tun kunt offenlich mit disem brive allen den, die in sehen oder horen le-

sen, wann der hochgeborne Johans herczog zu Ratybor und zu Troppaw unser liber oheim und furste der hochgebornen Helena seiner gmahel unser liben mumen und furstynn zu besserunge ires leibgedinges, das er ir vormals vermacht und das wir ouch derselben Helena mit unsern kuniglichen maiestat briven bestetiget haben, die nachgeschriben dorffer und guten gegeben hat, zu usweysunge einer greniczen des egenanten ires leibgedinges mit name: Pilgramsdorff [1]) mit dem dinste doselbist, Paulsdorf [2]) und Worssowicz [3]) mit allen iren rechten, Schasschaw [4]) mit dem dinste doselbist Baranowicz [5]) und Wosskczicz [6]) mit den dinsten doselbist, Palowicz [7]) mit allen seinen rechten, Belk [8]) und Dambiesko [9]) mit den dinsten doselbist, also das die egenanten dorffer nacheinander mit allen iren zugehorungen und geniessen, sie sein klein oder gros, nichtes usgenomen, mit allen andern seinen dorffern, die doczwischen den obgenanten dorffern grenicz ligen bis gen der Plessen und Miculaw der czweyer weychpilde der egenanten Helena leibgedinges rechte greniczen sein sollen, hat uns der egenante Johans mit fleisse gebeten, das wir zu besserunge der egenante Helena seiner gmahel leibgedinge unsern willen und gunst zu geben und ir ouch die egenante guter und dorffer zu umleihen gnediclich geruchten. Des haben wir angesehen des egenanten Johansen fleissige bette und ouch besunder dinste und trewe, die er uns und der crone zu Beheim ofte und dicke nuczlich und williclich erczeiget und getan hat, teglich tat und furbas woltun mage in kunftigen czeiten, und haben dorumb mit wolbedachtem mute und rechter wissen der egenante Helena seiner gmahel die egenante guter und dorffer, benant und unbenant, zu besserunge ires leibgedinges gnediclich gelihen und gereichet, leihen und reichen ir die in craft dies brives und kuniglicher machte zu Beheim; also das sie die-

[1]) Pielgrzymowice (Wielkie i Małe) w regencyi Opolskiéj.
[2]) Ober i Nieder –Pawlowice, w w. XIV Pauli villa reg. Opolskiéj.
[3]) Warschowitz, Warzowice reg. Opolskiéj; lub tamże Waschelwitz w r. 1535 Warsowitze.
[4]) Może Sysłow, Süslau w reg. Opolskiéj.
[5]) Baranowice, w reg. Opolskiéj.
[6]) Woschczütz. Woszczyc, w reg. Opolskiéj.
[7]) Palowicz tamże
[8]) Dolny i Górny Bełk reg. Opolskiéj. Knie pisze że już w r. 1502 zowie się Belk; tu jednak znacznie wcześniéj, bo w r. 1412.
[9]) Dubensko (Alt i Grosz), w r. 1531—Dembensko w reg. Opolskiéj.

selben dorffer, als sie czwischen der egenanten greniczen und czweyen weichpilden ligen, mit geistlichen und werltlichen lehen mit dinsten, herscheften, czinsen, renten, gulten, ekkern, wysen, weyden, welden, puschen, streuchen, wassern, wasserleuften, seen, teichen, teichsteten, mulen, mulsteten und sust allen andern iren fruchten, nuczen und zugehorungen, woran die sind und wie man die mit sunderlichen worten benennen mage, zu leibgedinge haben halden und besiczen sol in aller masse und weyse, als sie andere guter, die ir der vorgenante herczog Johans vormals zu leibgedinge vermacht hat und die wir ir mit unsern kuniglichen maiestat briven, als obengeschriben steet, bestetiget haben, von allermeniclich ungehindert, unschedlich doch uns und der cron zu Beheim an unsern dinsten und rechten. Mit urkunt dicz brives versigelt mit unserer kuniglichen maiestat insigel. Geben zum Tocznik nach Cristes geburt virczehenhundert jar und dornach in idem czwelften jare des nechsten dinstags nach sand Mertenis tage, unserer reiche des Behemischen in dem funfczigisten und des romischen in dem syben und dreyssigisten jaren.

Ad mandatum domini regis. Johannes de Bamberg.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 231, szeroki 44, wysoki 31 centymetr.

Pieczęć duża na pasku pargaminowym, na odwrotnéj stronie wyciśnięty orzeł ze lwem na piersiach.

XVIII.

Cracoviae, a. 1419 d. 29 Novembris.

Conradus alias Kantner dux Slesiae dominus Olesnicensis Vladislaum regem Poloniae de acceptis 200 marcis pro facto damno quietat.

Nos Cunradus Dei gracia, alias Kanthner, dux Slesie dominus Ollyczіensis significamus, tenore presencium mediante, quo (d a) serenissimo principe domino Wladislao [1]) rege Polonie domino nostro gracioso ad racionem dampnorum nostrorum ducentas marcas de manibus magistri Nicolai thezaurarii eiusdem domini regis in currenti monetha recepimus et habui cum effectu. In cuius evidenciam sigillum nostrum presentibus est impressum. Datum Craco-

vie feria [2]) quarta in vigilia sancti Andree anno millesimo quadringenthesimo decimo nono.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 1231, długości 14 i pół centym., szerokości — 21; w kilku miejscach poplamiony wilgocią, litery *d* i *a* podane tu w nawiasie są zniszczone.

Po wyciśniętéj *pieczęci* pozostał znak koloru ciemnego.

Konrad z Kanty zwany Kantner, był synem Konrada III a bratem Konrada biskupa Wrocławskiego, umarł w 1439 r. 10 Września.

[1]) W oryginale błąd pisarski: *Wladisla dislao.*

[2]) W oryginale w tem miejscu są wyrazy *quinta ipso* przekreślone.

XIX.

Legnicz, a. 1429 d. 22 Junii.

Ludovicus dux Legnicensis approbat dotationem Catherinae, factam a Johanne von Ketzerdorff eius marito.

Wir Ludwig von Gotis gnaden in Slesien herczog zu Legnicz und zum Brige bekennen und thun kunth offentlichen mit desem brive allen den, dy en sehen adir horen lesen, das vor uns komen ist unser lieber getrawer her Hannos von Ketczerdorff wolgesund leibes und synnen, umbetwungen umbetragen und hat recht und redelichen vorreicht und ufgelossin alle und iczliche seyne farnde habe und gerade, die er hat und besitczet und zugehorit zu deme hawze und slosse Ketczirdorff unsers Brigesschen weichbildis is sey an bettegewande, cleydern, leynengerete, harnischpferden, feltpferden, hengisten folm und alle dy stutpferde, dy zu dem obgnanten hawse gehoren und in der stut Lawffin, und sust allirleye sye kue, schoffe, sweyne, wie sulch sye sunderliche namen hat, keyns awsgenomen, noch seynem tode der toguntsamen frawen Katherinen seyner elichen hawsfrawen zu haben, zu besitczen, zu vorkeufen und domete zu thun und zu lossin, wie ir das allirbeste geseyn, und zu staten komen mag allir sachen gancz ungehindirt. Und wer sache, das die erben adir nochkomen des obgnanten slossis den obgnanten seyns gelossin harnisch und alle dy obgnanten pferde alleyne zu dem obgnanten slosse adir erem

notcze behalden welden. So en sollin sie der obgnanten frawen Katherinen dovor unvorczogelichen und ungehindirt beczalen und richten hundert n (....?) gutir Bemisscher grosschen polnisscher czal, eer dan sie sulchin gelossin harnisch und pferde entrewme zu sulcher ufgobe und reichunge zu entphaen hat, dy obgnante frawe Katherina vor uns zu rechtin vormunden und leentragen gekoren dy tochtigen Weyssel Tschamborn, eren bruder Pakisch vom Stryme und vettren von Hawgewicz, und wir von sundirlichen furstlichen gnaden haben alle und iczliche farnde habe und gerade dy der obgnante her Hannos gehabt und besessen hat, und zugehorit zu dem hawse und slosse Ketczirdorff in alle der mosse, als obene geschreben steet, der obgnanten frawen Katherinen seyner elichen hawsfrawen zu haben, zu besitczen und domete zu thun und zu lossin gelegen und gereuhet leyen und reychen ir in vullir macht zu haben, zu vorsetczen und zu vorkeuffin, wie ir das allir beste geseyn und zu staten komen mag,—in craft dis brives, an den wir zu rechtir sichercheit unser ingesegil haben lossen hengen. Gegebin zu Legnicz an der metewochen vor Johannis Baptiste noch Crists geburd virczenhundirt dornoch ym newnundczwenczigisten iare. Dobey seynt gewest unser lieben getrawen her Heincze ole her Ffritsche von Landiscron, Heincze Borgolt, Cuncze Schellendorff und Johannes Bawde probist zu Legnicz unser schreyber dem desir briff bevolen wart.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównem pod Nr. 1120, szerokości 30, wysokości 25 centymetr.

Pieczęć uszkodzona, wisi na pasku pargaminowym.

XX.

Cracoviae, a. 1438 d. 4 Junii.

Fiedor dux in Ostrog [1]) Vladislaum regem Poloniae pro factis auxiliis militaribus contra Bohemos quietat.

Nos Fredericus dux de Ostrorog [1]) recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris recepisse pro

omnibus et singulis dampnis, quecunque per integrum quartale anni proxime nunc et continue currens*) cum ducentis equis, quos nobiscum versus Bohemiam duxerimus, a serenissimo principe domino et domino Wladislao Dei gracia rege Polonie etc., domino nostro gracioso, super cuius stipendium cum prefatis ducentis equis equitamus, omnimodam et realem solucionem ac effectualem satisfaccionem, de quibus suam serenitatem promittimus et tenore presencium obligamur ac spondemus nunquam velle aut debere inquietare et movere**) per se vel per alium aut alios, quinimo suam serenitatem cum graciarum accionibus quittamus tenore presencium de eisdem. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostrum est presentibus subappensum. Datum Cracovie feria quarta post festum Penthecosten anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 1249, długości 13, szerokości 25 i pół centymetr.

Pieczęć herbowa na pasku pargaminowym.

[1]) Prawdopodobnie Fiedor, książę *ostrogski*, jak to i herb Ostrogskich na pieczęci wskazuje.

W 1437 r. 26 grudnia na zgromadzeniu stanów Czeskich większością głosów powołany został na tron czeski Albert margrab. Austryacki, zięć cesarza Zygmunta. Mniejszość weszła w stosunki z dworem polskim i powołała na tron młodziutkiego Kazimierza królewicza; panujący brat jego Władysław (Warneńczyk) obiór ten zaakceptował i posiłki wojenne wyznaczył.

*) Widocznie opuszczone orzeczenie.

**) Albo *monere*.

XXI.

In loco campestri ante Strzelcze, a. 1438 die 6 Octobris.

Bolco dux Opoliensis cum Vladislao rege pacem iniit, in electionem Casimiri fratris ejus in regem Bohemiae consentit et se ubiq. adhaesurum promittit, salvis juribus suis.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam nos Bolko Dei gracia Oppolie etc., Superioris Glogovie [1]) etc. dux significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, quomodo cupientes omnium displicencciarum, iniuriarum, odiorum ac dampnorum materias ac fomites inter serenissimum principem dominum Wladislaum Polonie regem etc. coro-

namque suam, subditos, adherentes suos ab una et inter nos, ducatum nostrum, terras, dominia et subditos nostros universos parte ab altera, quomodolibet hactenus suscitatas, attemptatas et exortas, tollere et penitus suffocare et ad statum debitum mutue caritatis, unionis et concordia (!) perpetua deducere volentes, ad talem ex certa nostra sciencia pacis et concordie unionis perpetuo duratura cum prefato domino Wladislao Polonie rege domino nostro gracioso coronaque regni sui Polonie, terris et subditis eius universis devenimus, prout in articulis infrascriptis deducitur. Inprimis itaque decernimus, quod omnes dissensiones, odia, controversie atque dampna, inter prefatum dominum Wladislaum regem, coronam, regnum, terras et subditas (!) eius regni Polonie nosque, ducatum nostrum, terras et subditos nostros quomodolibet utrumque facta, debent esse dimissa perpetuo totaliter et sopita. Item ex quo illustrissimus princeps dominus Kazimirus regni Bohemie electus, prefati domini regis germanus, per barones, milites, nobiles, civitates et communitates regni Bohemie predicti in regem et dominum eiusdem regni existit rite electus, ideo eciam nos, non errore seducti sed animo deliberato et nostrorum fidelium consiliariorum freti consilio, in ipsum dominum ducem Kazimirum electum et eius huiusmodi electionis nostrum ultroneum consensum dedimus pariter et asensum iuxta voluntatem et electionem dictorum dominorum regni Bohemie de ipso factam; postquam autem, favente Domino, ipse dominus Kazimirus rex electus sacro eiusdem regni Bohemie dyademate fuerit insignitus secundum ritum et consuetudinem regni Bohemie prefati, extunc nos sue serenitati debitum fidelitatis actu et re prestare debemus omagium iuxta iura et libertates nostras ducales. Et extunc ipse dominus Kazimirus rex electus nos tueri debebit toto suo posse, hoc tamen specialiter expresso, quod prefatus dominus Kazimirus regni Bohemie electus non debebit nos arcere ultra iura et libertates nostras ducales ad quevis servicia, coronam regni Bohemie concernencia, sed nos circa iura et libertates nostras predictas servabit. Item nunciis prefati domini regis Polonie dictique domini Kazimiri regis electi subditorumque suorum et gentium partis eorum regni Bohemie, quocunque euntibus et redeuntibus, dum et quotiens exposcet necessitas, nostrum securitatis conductum per ducatum nostrum, ci-

vitates, terras et dominia dare debemus, disponemus et parciemur. Item promittimus, pollicemur et spondemus, quod nulli hominum, cuiuscumque status, gradus vel condicionis extat, regalis vel ducalis, contra prefatum dominum regem Polonie Wladislaum dictumque dominum Kazimirum regem ellectum germanum suum coronamque regni Polonie subditos et adherentes suos auxilia, consilia vel favores dabimus quovismodo huiusmodi electioni et articlis suprascriptis in contemptum. Item falsam pecuniam quacumque ad instar monete regni Polonie in ducatu et dominiis nostris cudi seu ea in foris civitatum opidorum, villarum et dominiorum nostrorum forisari nullomodo permittemus; ymmo sine dolo et fraude iuxta totale posse nostrum eam per ducatus et dominia nostra duci minime permittemus. Et ut ingens amor et caritas integra inter nos et prefatos dominos Polonie et ellectum Bohemie reges dominiaque nostra et eorum utramque queant permanere et hec felix concordia et unio possit perpetuo inconcussa perdurare. Omnia suprascripta in verbo nostro ducali sub fide et honore nostro et quovis exquisito colore, semoto dolo et fraude, cessantibus implere, custodire fideliterque et constanter attendere volumus et debemus. Harum testimonia literarum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in loco campestri ante Strzelcze feria secunda post Francisci confessoris anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo.

Oryginał pargamiuowy, zachowany w Arch. Głównėm pod Nr. 618, długości 23 i pół, szerokości 31 i pół centymetr.

Pieczęć książęca, dobrze zachowaua, wisi na pasku pargaminowym.

[1]) *Super. Glogoviae* (Mały Głogów) w regencyi Opolskiéj, cyrkuł Neustacki.

Władysław Warneńczyk, postanowiwszy poprzeć zbrojno wybór brata swego Kazimierza na tron czeski, wysłał posiłki wprost do Czech, a sam około 8 Września 1438 r. ściągnął jeden oddział wojska pod Częstochowę, a drugi z Wielkopolski więcéj ku północy zgromadził.

Na czele pierwszego oddziału wtargnął do Szląska w kiorunku Lubliniec, Wielkich Strzelec; tam część ksiażąt Górno-Szląskich w obozie się przedstawiła dla zawarcia rozejmów, które uzyskiwali z warunkiem uznania wyboru Kazimierza na króla Czeskiego.

Najpierwszemi musieli być książęta Oświecimscy, którzy przed drugiemi w Toszku dokument wystawiają:

Venceslaus Przemko et Janussius duces Oswiecimen. pacisciscuntur cum Vladislao rege Poloniae inducias annuales, ac pollicent, si hoc tempore unus aut duo Silesiae duces Casimiro electo regi Bohemiae adheserint, se quoque fidelitatem ei prestituros. Dat. in Toschek 1438 (ante 6 Octobris). Iuventar. privileg. in arce Cracov. lit. Ducatus Oswiecim. et Zator. N. 5.

Bernardus, Joannes et Nicolaus duces Opolienses sopitis ab utriuq. ratione mutuorum damnorum praetensionibus electioni regi Bohemiae Casimiri se adhesuros, et eidem homagium praestituros declarant. Salvis ducatuum suorum juribus tum cum Vladislao rege Poloniae foedus iniunt. Dat. in loco campestri ante Strzelce fer. 2 post fest. S. Francisci confes. 1438 (6 Octobr.). Dogiel cod. dipl. Regni Pol. I 8.

Vonceslaus Opaviensis et Ratiboriensis dux reconciliat secum rege Polouiae Vladislao et olectionem Casimiri fratris in rogem Bohemiae, ubi rite factam per status et civitates Bohemiao consensu suo approbat et ratificat. Dat. Ratibor. Sabbatho ipso die S. Luce evang. 1438 (18 Octobri.). Script. Ror. Siles. Sommersberg I. 1010.

XXII.

In loco campestri stacionis exercitus circa civitatem Brzeg, a. 1438 d. 28 Octobris.

Nobilitas et civitas Brzegensis iniit pacem cum regno Poloniae, Vladislao rege et Casimiro fratre eius electo rege Bohemiae, illis se adhaesuros promittunt, et si hanc unionem ducissa Brigensis ac ipsius filiae tenere noluerint, illi tamen se servaturos pollicentur.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos— Oppacz Czirna capitaneus, Heinrich Llanczkron, Petrus Llanczkron, Heinrich Rabuan, Bernhard de Komorow, Casper Hoff, Jerisch Pogrell, Cristoph Hoff, Nikel Koln, Hannus Glawbnicz, Heyncz Brynig, Petcz Brynig, Wenczel Romky ceterique barones, milites, terrigene terre Brzeszensis, nec non magistri civium, consules iurati ac eciam advocatus cum scabinis civitatis Brzeg singuleque comunitates, tam terre, quam eciam civitatis Brzegensis tenore presencium recognoscimus publice profitentes ac eciam fideiubemus bona et sincera fide universis et singulis presentibus et futuris, quibus expedit, quomodo cupientes displicenciarum, iniuriarum, dissensionum et dampnorum materias ac ffomites, inter nos, ducatum, dominia et subditos terre prefate Bregensis ab una—et serenissimos principes dominos Wladislaum regem, coronam et regnum suis(!) Polonie, ac Kazimirum electum regni Bohemie et eorum subditos ab alia partibus quomodolibet actenus suscitatas, exortas et attemptatas, tollere et penitus suffocare et ad statum debitum mutue caritatis, unionem et concordiam

perpetuam deducere volentes, ad talem ex certa nostra sciencia pacis et concordie unionem perpetuo duraturam cum preffatis dominis Wladislao rege, corona et regno suis ac Kazimiro electo regni Bohemie eiusdem domini Wladislai regis germano et eorum subditis devenimus, prout in articulis infrascriptis deducitur. Inprimis itaque decernimus, quod omnes controversie, dissensiones et dampna inter preffatum ducatum, inter nos et subditos nostros ac prelibatos dominos Wladislaum regem, coronam et regnum ipsius et Kazimirum ellectum regni Bohemie ac eorum subditos quomodolibet utrinque facta, dimissa et totaliter sopita perpetue debent esse. Item ex quo preffatus dominus Kazimirus ellectus regni Bohemie frater dicti domini Wladislai regis germanus per barones, milites, nobiles, civitates et communitatem regni Bohemie predicti in dominum et regem eiusdem regni exstitit ritte ellectus, ideo et nos omnes non errore seducti, sed animo deliberato et consiliariorum tocius terre et civitatum ducatus Bregensis freti consilio circa hanc suam elleccionem stare et eam tueri pro posse nostro volentes; postquam autem, favente Domino, ipse dominus Kazimirus ellectus preffati regni Bohemie corona sacra fuit insignitus, extunc promittimus sub fide et honore nostris absque dolo et fraude et quovis colore exquisito semoto sibi debitum fidelitatis actu et re prestare omagium, hoc tamen specialiter expresso, quod idem dominus Kasimirus regni Bohemie ellectus non debebit nos arcere ultra iura et libertates nostras ad quevis servicia, coronam regni Bohemie concernencia, sed nos circa iura et libertates nostras predictas conservare debet. Item omnibus nunciis prefatorum dominorum Wladislai regis Polonie et Kazimiri ellecti regni Bohemie et gentibus ac mercatoribus eorum, quocumque transeuntibus et ad propria redeuntibus, dum et quociens exposcet necessitas, nostrum securitatis transitum per terram, castra, fforталicia, civitates et dominia terre predicte Bregensis dare promittimus et vollumus. Item promittimus sub fide et honore nostris, quod nulli hominum, cuiuscumque status, condicionis aut preeminencie fuerint, contra preffatos dominos Wladislaum regem, coronam et regnum suis (?) ac Kazimirum ellectum regni Bohemie et eorum subditos per nosmet ipsos et per subditos nostros, ac eciam personas submissas ducatus et terre predicte Brzegensis publice vel occulte auxilia, consilia vel favores nostros dabimus. Item pecu-

niam falsam quamcunque ad instar monete preffati domini regis et sui regni in ducatu et terra nostris cudi seu cum ea in foris civitatum et opidorum ac eciam villarum ducatus et terre predicte non permittemus; ymmo sine dolo et fraude iuxta totale nostrum posse ipsam per ducatum et terram seu dominia duci ad regnum Polonie non permittemus. Hoc eciam specialiter addito et expresso, quod si preclara princeps domina ducissa Brzegensis dote aut dotalicio, si quo in eisdem bonis ducatus predicti Bregensis haberet, aut eciam si illustres principes filie dicte domine ducisse Bregensis annorum etate, quibus tunc carnerunt, vel eciam tales, qui dictas virgines filias predicte domine ducisse reciperent aut ducerent in uxores se tamquam heredes faciendo preffatam hanc unionem perpetuam et concordiam in aliquo puncto superius descripto tenere aut servare noluerint vel ipsam spernere, impedire aut violare vellent, extunc promittimus et fideiubemus sub fide et honore nostris premissa non attendere seu curare, omnibus dolo et fraude semotis, sed eandem unionem et concordiam perpetuam predictam in omnibus clausulis et punctis superius descriptis servare rite et inviolabiliter promittimus et tenemur. Eciam promittimus et presentibus pollicemur prefatum dominum Wladislaum regem Polonie et exercitus suos dum et quociens fuerit oportunum, per pontes in fluvio Odra, circa civitatem Brzeg sittos et per nos locatos positos et constructos, permittere et cum suis omnibus pertransire ab illa parte fluvii Odra predicti in hanc partem versus regnum Polonie tendendo absque dampno et illese. Sin autem premissa superius descripta non tenerimus et servare non curaremus, extunc fidem et honorem nostram humaniter amitteremus et se sentiremus amissuros subque omnia nos conferimus, benevole exhibemus et subdamus. Et, ut magis amor et karitas integra inter nos et preffatos dominos Wladislaum regem et Kazimirum ellectum ipsorumque ducatus predicti et nostra dominia utrimque queat perdurare et hec felix concordia ac unio gratuita possit perpetuo inconcussa permanere, omnia supra descripta in verbis nostris implere fideliter et atendere ac servare constanter promittimus harum nostrarum serie literarum, quibus sigilla nostra sunt appensa. Datum et actum in loco campestri stacionis exercitus circa civitatem

Brzeg feria tercia ipso die beatorum Simonis et Jude apostolorum anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo.

Oryginał pargaminowy, szerokości 29, wysokości 37 i pół centymetrów, zachowany w Arch. Głównem pod N.101.

Pieczęci herbowych wisi 4, a po ośmiu pozostały tylko paski pargaminowe.

Brieg (Brzeg) miasto cyrkułowe regencyi Wrocławskiéj, nad Odrą położone.

Drugi oddział Polaków dążących z Wielkopolski do Czech wszedł w księstwo Oleśnickie, gdzie Milicz spalono, następnie w bok Namysłowa (Rositz bei Sommersberg, I 78) szli po nad Odrą do Brzegu, gdzie układ z zarządem miasta zawarto.

Elżbieta ks. Brzeska, o której mowa, była córką Fryderyka I margb. Brandb. wdową po Ludwiku II ks. Liśnicy i Brzegu; córki jéj Magdalena i Jadwiga, pierwsza przed 18 lutego 1443 r. poślubiła Mikołaja I ks. opolskiego, a druga w 1445 r. Jana ks. Lüben.

XXIII.

Glogoviae a. 1445 d. 12 Junii.

Bernardus et Boleslaus duces Opolienses cum toto regno Poloniae inducias iniunt a festo sancti Joannis Baptistae ad annum duraturas, ut eo tempore sperato adventu regis pacem contrahant.

Nos Bernhardus et Boleslaus Dei gracia duces Oppolienses et Nemodlimienses [1]) etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, quomodo volentes discordias, displicencias et gwerras terrarumque desolaciones hactenus inter ducatum nostrum Oppoliensem, nobiles, cives subditos, servitores, adiutores et adherentes et regnum Polonie in statum tranquillum et pacificum reducere, treugas catholicas et firmas, infra hinc et a die sancti Johannis Baptiste proxime affuturo (?) usque ad aliud festum sancti Johannis Baptiste, quod erit anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, duraturas, inter nos, nobiles, cives, subditos, coadiutores, servitores et adherentes nostros totumque ducatum nostrum predictique ducatus nostri Oppoliensis terras, dominia, castra, civitates, fortalicia, opida, villas, homines spirituales et seculares, divites et pauperes ab una—et reverendum in Christo patrem dominum Sbigneum episcopum et magnificos dominos Johannem de Czizow

castellanum et capitaneum, Johannem de Thanczin palatinum—Cracoviensem etc., Laurencium Zaramba—Syradiensem et Nicolaum de Opolyn—Woyniciensem etc.—castellanis totumque regnum Polonie, terras et dominia, barones, nobiles, cives et subditos, coadiutores, servitores et adherentes, homines spirituales et seculares, divites et pauperes eorumque castra, civitates et fortalicia, opida, villas et dominia partibus ab altera—inivimus, firmavimus, ordinavimus et statuimus presentibusque innimus, firmamus, ordinamus et statuimus sub condicionibus infrascriptis. Imprimis omnes captivi, in superiori gwerra, inter nos et prefatos dominos eorumque regnum Polonie habita, capti, ad sufficientem caucionem debent, durante treuga, habere terminum et relaxari; item si incumbente aliqua necessitate, exercitus regni Polonie contra hostes suos processerint et in terris ac ducatibus nostris aliqui ex subditis regni Polonie aliqua pro habendis victualibus, dolo et fraude postpositis, tulerint, treuga presens per hoc non debebit violari sed in suo robore permanere; item promittimus et pollicemur, quod, quantum erit in nobis et ex nobis, non permittemus ingredi per ducatum nostrum Oppoliensem quoscunque homines regnum Polonie, terras et dominia prefati regni Polonie offendere aut predas, spolia, captivaciones in eis committere volentes, sed ipsis ingressum per ducatum nostrum iuxta posse nostrum prohibebimus et precludemus; item si regnum Polonie, durante hac treuga, gwerram cum aliquibus principibus seu hominibus, cuiuscumque condicionis aut status existant, habere contingerit, nos prefati Bernhardus et Boleslaus duces Oppolienses eosdem principes vel principem, homines seu hominem non adiuvabimus publice vel occulte, per se aut nostros curienses, servitores, familiares, subditos aut adherentes nec eis parabimus consilium, auxilium vel favorem, tenebimurque omnes nostros curienses, familiares, nobiles et terrigenas prohibere, ne contra regnum Polonie aut eius membra hostibus quibuscunque faciant auxilia publica vel occulta; item si quocumque eventu aliqua spolia, furta, prede, violencie vel iniurie per subditos nostros, durante treuga, fierent, non propter hoc tamen presens treuga violari aut infringi debet, sed in suo robore et essencia remanere tenebimur; tamen nos pro parte ducatus nostri Oppo-

liensis duos viros armatos iusticiam in Bandzin, si dampna in terris Cracoviensibus, si vero in terris Maioris Polonie comissa fuerint,—in Boleslawecz, et domini barones regni Polonie predicti —alios duos infra unum mensem, postquam fuerimus invicem requisiti, destinare, qui querelas parcium audiant, iudicent et difiniant et iuxta eorum sentenciam et difinicionem pars utraque se et contenta esset, satisfaccionem det, prout fuerit difinitum. Item si serenissimum principem dominum Wladislaum Dei gracia Hungarie et Polonie regem dominum nostrum graciosum, pendentibus sufferenciis pacis predicte, ad hoc suum regnum Polonie, prout speramus, personaliter venire contingerit, extunc tenebimur cum prefatis dominis baronibus regni Polonie prescriptis in aliquo loco et tempore competenti convenire et super omnibus discordiis, dampnis et iniuriis, que inter nos, ducatum nostrum Oppoliensem et prefatos dominos barones eorumque regnum Polonie et dominia suscitate sunt, facere tractatus, media et interposiciones, per que cuilibet parti satisfaccio dampnorum et iniuriarum proveniet, aut saltim stare super omnibus decisioni, diffinicioni et pronuncciacioni unde domini Wladislai regis predicti; quod idem volumus etc., domino nostro regi Wladislao predicto ad regnum Polonie infra tempus treugarum personaliter non accedenti, observare. Predictas autem treugas, sub huiusmodi condicionibus firmatas, nos Bernhardus et Boleslaus duces prefati etc. cum universo ducatu nostro Oppoliensi, nobilibus, subditis, servitoribus, adiutoribus et adherentibus nostris bona puta et catholica fide conservabimus, custodiemus in omnibus condicionibus atque punctis sine dolo et fraude. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Glogovie sabbato ante festum sancti Vitti anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Oryginał pargaminowy szerokości 39 i pół, a wysokości 27 centymetrów, zachowany w Arch. Głównem pod N. 95.

Ma dwie *pieczęcie* książęce na paskach pargaminowych, dobrze zachowane.

[1]) Nemodlin-Falkenberg.

XXIV.

Strzelcze d 8 Januarii a. 1447.

Bernardus et Boleslaus duces Opolienses cum Johanne de Czyżow castel. Cracoviensi regis electi Poloniae Casimiri locum tenente inducias ineunt ad festum st. Johannis Baptistae.

Nos Bernhardus et Bolko Dei gracia duces Oppolienses etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo volentes displicencias, gwerras, desolaciones hactenus inter ducatus nostros, dominia, civitates, castra, opida, fortalicia, homines spirituales et seculares, prelatos, dignitarios, cives, subditos, servitores, adiutores et nobis quomodolibet adherentes, cuiuscunque status ac eminencie extiterint nostrosque homines divites et pauperes ex una—et magnificum Johannem de Czizow castellanum et capitaneum Cracoviensem ac serenissimi domini Kazimiri Dei gracia electi regis Polonie et magni ducis Littwanie locum tenentem ac regni Polonie terras, civitates, dominia, castra, opida, fortalicia, homines spirituales et seculares, prelatos, barones, dignitarios, procon(sules), cives, subditos, servitores, adiutores et regno quomodolibet adherentes, cuiuscunque status ac eminencie extiterint, eiusdem regni Polo(nie ho)mines divites et pauperes parte ex altera in statum pacificum reducere, treugas catholicas et firmas infra hinc (a dat)a presencium usque ad festum sancti Johannis Baptiste proxime venturum inivimus, firmavimus, ordinavimus et statuimus presentibusque ordinamus, firmamus et statuimus, promittentes firma, certa et bona fide pro nobis, ducatibus et dominiis nostris, subditis, servitoribus et adherentibus quomodolibet predictas treugas pacis a data presencium usque ad festum sancti Johannis Baptiste proximum et ad occasum solis diei eiusdem inclusive katholice observare. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt impressa. Datum Strelicz dominica proxima post festum Epiphanii Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Oryginał pisany na papierze, przedziurawiony, szer. 22, dług. 31 cent. zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 103.

Po dwóch wyciśniętych na nim *pieczęciach*, pozostał ślad.

W tymże roku i z drugimi książętami rozejmy stanęły:

Helena, Nicolaus et Venceslaus Opaviae et Ratiboriae duces, Venceslaus, Bolcslaus et Premislaus Teschinenses, Premislaus et Janussius Oswiecimenses fœdus perpetuum iniunt cum Casimiro rege Poloniae. Dat. Cracoviae Sabbatho die proximo ante dominicam carnis brevii 1447 (25 Februar.) Script. Rer. Siles. Sommersberg I, 1011.

Inter Conrádum Album ducem Olsnensem ac terris et oppidibus Wratislaviensibus Sampolaviensibus, Noviforensibus et Casimirum regem Poloniae ad unum annum induciae sunt factae. Dat. Calisch ipso die sanctc Crucis Inventionis 1447 (3 Mai.) Mosbach, Przyczynki do dziejów polsk. z archiw. m. Wrocławia 99.

Capitanei, consules et communitates civitatum Vratislaviensis, Namislaviensis et Neoforiensis, cum inter nuntiis, Vincentio archiepiscopo Gnesn. et aliis senatoribus Casimiri regis Poloniae de differentiis transigunt, inducias decennales statuunt, Wierussium de Wieruszowo, per Leonardum Aschenbeimer captum, dimittunt. Dat. Wyelun fer. 3 post fest. s. Hedvigis 1447 (17 Octobr.) tamże 101.

XXV.

Cracoviae a. 1448 d. 6 Julii.

Casimirus rex Poloniae et Bernardus et Boleslaus duces Opolienses ad festum s. Margarethae anno 1448 inducias ineunt.

Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie magnus dux Littwanie et heres Russie significamus, quibus expedit, universis presentibus et futuris, tenore presencium mediante, quomodo cogitantes ea, que sunt pacis et non cedis aut afflictionis cupientes que bellorum et gwerrarum sedare disturbia ac sanguinis evitare profluvia, differencias displicenciasque ac odia, que inter nos et subditos nostros terrasque et dominia nostra ab una et preclaros principes Bernhardum et Boleslaum Oppolie duces et eorum subditos, terras et dominia hactenus suscitata fuerant, pocius per viam amicabilis concordie complanare, quam gladio experiri, treugas pacis fecimus, firmavimus et statuimus tenoreque presencium facimus, firmamus et statuimus inter nos, subditos, terras et dominia regni nostri Polonie et prefatos principes a festo sancte Margarethe proxime venturo, quod est de anno Domini millesimo CCCCXLVIII ad aliud festum sancte Margarethe, quod erit de anno Domini millesimo CCCCXLIX, ipsam diem usque ad occasum

solis includendo, volentes prefatas treugas pacis sub hys condicionibus, inferius descriptis, in omnibus clausulis atque punctis firmiter et inviolabiliter observare, omni fraude et dolo proculmotis. Inprimis siquidem quod, durante huiusmodi treuga, prefati duces Bernhardus et Bolko venire et descendere ad presenciam nostri debent ad locum, dum et quando per nos literis nostris ante ipsorum adventum tribus aut ad minus duabus septimanis avisati aut vocati fuerint, ibique constituti, super omnibus differenciis et displicenciis, parte utraque exortis, certos arbitros collocabimus et in illos compromittemus, concedentes ipsis plenam facultatem et potestatem, ut quicquid per eos decisum et ordinatum fuerit, firmiter observare promittimus et pollicemur pro nobis et subditis nostris. Item quod, durantibus huiusmodi treugis pacis, a date (!) presencium per octo dies omnes captivi, ab utraque parte capti, quibus fides non adhiberetur, ad cautionem fideiussorie debent dari et exponi pristineque reddi libertati, que in huiusmodi convencione, per nos cum eisdem duabus tenenda, personaliter se statuent et representent illis, per quos capti fuerant, et quicquid per ipsos, per partem utranque locatos, de ipsis captivis inventum et decisum fuerit, inviolabiliter et firmiter observabunt. Item mercatores, institores et alii cuiuscunque status, condicionis aut preeminencie prefatorum ducum homines liberum et securum in regnum nostrum habebunt transitum, suas mercancias et res exercere, salvis oneribus et theoloneorum solucionibus ab antiquo tentis. Item promittimus, quod latronibus et spoliatoribus aliisque maleficis hominibus iter ad terras et dominia prefatorum ducum prohibebimus et occludemus, nec eis quecunque dampna per se vel submissas personas dirrecte vel indirrecte inferre et facere permittemus. Ubi autem aliquis ausu temerario huiusmodi nostras treugas et pacis sufferencias violare aut contrarium attentare presumpserit, tenebuntur ipsi duces prefatum pacis violatorem et perturbatorem suis literis duabus septimanis ante huiusmodi convencionem nobis intimare, quem nos in ipsa convencione statuere debebimus et tenebimur, et ibi iudicialiter coram arbitris, per utramque partem locatis, cuilibet de se querulanti tenebitur

respondere. Si qui autem fures, latrones, incendarii, spoliatores aut malefici, ex regno nostro eggressi, terras ducum prefatorum aliquo dampno, spolio, iniuria aut maleficio infestaverint aut leserint, tales nos, capitanei, officiales et subditi regni nostri tenebuntur prosequi et fugare et omnibus viribus, modis, viis et ingeniis ad eorum deprensionem et detencionem prebere auxilium, consilium et favorem; qui si comprehensi fuerint, iuxta iura punientur et leges; si vero capti non fuerint aut capi non poterint, convicti, iure suo cogantur ad restitucionem omnium ablatorum. Si qui autem potencialiter ad nocendum terris et dominiis ducum prefatorum per dominia et terras nostras venire proponerent, quibus nostra veritate et potencia resistere et se opponere non possemus, extunc absque dolo et fraude duces prefatos, capitaneos, officiales et subditos ipsorum literis et nunciis nostris avisare tenebimur. Ubi autem clandestine et sine voluntate ac scitu nostris prefati malefici terras ipsorum ducum intrarent, illos, per duces prefatos, capitaneos, officiales et subditos ipsorum avisati, insequi, investigari, arestare tenebimur, omnibus excusacionibus proculmotis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Cracovie sabbatho infra octavas Visitacionis beate Marie anno Domini MCCCCXLVIII.

Kopia tego dokumentu w ks. X Metr. kor. f. 19—20.

XXVI.

Cracoviae, a. 1448 d. 6 Julii.

Bernardus, dux Opoliensis, suo et Boleslai, nepotis sui, nomine acceptat inducias, a Casimiro, rege Poloniae, oblatas, et promittit se litteras desuper infra duas septimanas Bendziniam transmissurum.

Nos Bernhardus, Dei gracia dux Oppoliensis etc., significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presencium

noticiam habituris, quod ex quo cum serenissimo principe et domino domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Littwanie, Russie etc., ab una—nosque (!) ac preclaro principe domino Boleslao, duce Oppoliensi etc., nepote nostro carissimo, partibus—ab altera inivimus trewgas pacis sub clausulis et articulis litere desuper conficiende, cuius copiam a dicto domino rege recepimus. Unde volentes, ut ipse trewge pacis et sufferencie in omnibus clausulis atque punctis inconcusse, fixe et inviolabiliter permaneant, verbo nostro ducali sub fide et honore nostris promittimus et spondemus, quod literam dicte trewge de nostro et dicti domini Bolkonis nominibus ac titulis sub articulis, in ipsa copia contentis, majoribus nostro et dicti domini Bolkonis nepotis nostri sigillis sigillatam, a crastina die per duas septimanas in Bandzen in manus magnifici Petri Schaffraniecz de Pieschkowa Scala, succamerarii Cracoviensis, ac sui burgrabii in Bandzen per nostros nuncios dabimus et presentabimus et eo facto prefati domini regis literam reversalem ibidem recipiemus. Casu vero, quo dictus dux dominus Bolko ipsam literam trewge pacis sigillare nollet, extunc nos sub fide et honore nostris pro ipso domino duce Bolkone fidciubemus, promittimus et spondemus, quod dictas trewgas pacis, sub articulis et condicionibus prescriptis conceptas et factas, ipse dominus Bolko tenebit et in omnibus punctis inviolabiliter observabit; in quantum autem ipse dominus dux contra ipsas trewgas pacis aliquid faceret aut atte(m)ptaret, id cederet in dampnum, verum in ignominiam et dedecus nostrum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracovie sabato infra octavas Visitacionis Marie Virginis gloriose anno Domini millesimo CCCC quadragesimo octavo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod Nr. 796, szerokości 82, wysokości 21 centymetr.

Od pieczęci pozostał pasek pargaminowy.

Będzin—miasto powiatowe w gubernii piotrkowskiéj.

XXVII.

Robczyce, a. 1448 d. 12 Julii.

Casimirus, rex Poloniae, cum Conrado Albo, duce Silesiae, domino Olesnensi, annuas inducias, a festo s. Margarethae anni 1448 incepturas, ineunt.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie et heres Russie etc., significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo cogitantes ea, que sunt pacis et non afflictionis, cupientesque bellorum et gwerrarum sedare disturbia ac sanguinis evitare profluvia, differencias, displicencias, rancores et odia, que inter nos et subditos nostros terrasque et dominia nostra ab una—et preclarum principem Cunradum Album, ducem Slezie et dominum Olssnyczensem ac Siczowiensem, et eius subditos, terras et dominia partibus—ab altera hactenus suscitata fuerant, pocius per viam amicabilis concordie conplanare, quam gladio experiri, treugas pacis fecimus, firmavimus et statuimus tenoreque presencium facimus, statuimus et firmamus inter nos, subditos, terras et dominia regni nostri Polonie et prefatum principem, terras, dominia et subditos eiusdem a festo sancte Margarethe, proxime venturo, ad aliud festum sancte Margarethe, quod erit de anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, ipsam diem usque ad occasum solis includendo, volentes prefatas treugas pacis sub hys condicionibus, inferius descriptis, in omnibus clausulis atque punctis firmiter et inviolabiliter observare, omni fraude et dolo proculmotis. Inprimis siquidem quod, durante huiusmodi treuga, prefatus dux Cunradus Albus venire et descendere ad presenciam nostri debet ad locum, dum et quando per nos litteris nostris ante ipsius adventum tribus aut ad minus duabus septimanis avizatus et vocatus fuerit, ibique constitutus, super omnibus differenciis et displicenciis, parte utraque exortis, certos arbitros collocabimus et in eos compromittemus, concedentes ipsis plenam facultatem et potestatem, ut quicquid per eos decisum et ordinatum fuerit, firmiter observare promittimus et pollicemur pro nobis et subditis nostris. Item quod, durantibus huiusmodi treugis pacis, a data pre-

sencium per decem octo dies omnes captivi, ab utraque parte capti, quibus fides non adhiberetur, ad caucionem fideiussoriam debent dari et exponi pristineque reddi libertati, qui in huiusmodi convencione, per nos cum dicto duce Cunrado Albo tenenda, personaliter se statuent et representent illis, per quos capti fuerant, et quicquid per ipsos, per partem utramque locatos, de ipsis captivis inventum et decisum fuerit, inviolabiliter et firmiter observabunt. Item mercatores, institores et alii cuiuscunque status, condicionis aut preheminencie prefati ducis homines liberum et securum in regnum nostrum habebunt transitum, suas mercancias et res exercere, salvis oneribus et theoloneorum solucionibus, ab antiquo tentis. Item promittimus, quod latronibus et spoliatoribus aliisque maleficis hominibus iter ad terras et dominia prefati ducis prohibebimus et occludemus, nec eis quecunque dampna per se vel submissas personas directe vel indirecte inferre vel facere permittemus. Ubi autem aliquis ausu temerario huiusmodi nostras treugas et pacis sufferencias violare aut in contrarium attemptare presumpserit, tenebitur ipse dux prefatum pacis violatorem et turbatorem suis litteris duabus septimanis ante huiusmodi convencionem nobis intimare, quem nos in ipsa convencione statuere debebimus et tenebimur, et ibi iudicialiter coram arbitris, per utramque partem locatis, cuilibet de se querulanti tenebitur respondere. Si qui autem fuerint incendarii, latrones, spoliatores aut malefici, ex regno nostro egressi, terram ducis prefati aliquo dampno, spolio, iniuria aut maleficio infestaverint aut leserint, tales nos, capitanei et officiales ac subditi regni nostri tenebuntur persequi et fugare et omnibus viribus, modis, viis et ingeniis ad eorum deprehensionem et detencionem prebere auxilium et favorem; qui si comprehensi fuerint, iuxta iura puniantur et leges; si vero capi non poterint, convincti iure suo cogantur ad restitucionem omnium ablatorum. Si qui autem potencialiter ad nocendum terris et dominiis ducis prefati per dominia et terras nostras venire proponerent, quibus nostra virtute et potencia resistere et se opponere non possemus, extunc absque dolo et fraude ducem memoratum, capitaneos, officiales et subditos ipsorum litteris et nunciis nostris avizare tenebimur. Ubi autem clamdestine et sine voluntate ac scitu nostris prefati

malefici terram ipsius ducis intrarent, illos per ducem prefatum, capitaneos, officiales et subditos ipsorum insequi, investigare et arrestare avizati tenebimur, omnibus excusacionibus proculmotis. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum, testimonio litterarum. Datum Roppczicze feria sexta ante festum sancte Margarethe proxima anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octawo.

Relacio magnifici Petri de Sczekocini, regni Polonie vicecancellarii,

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. głównėm pod Nr. 109, szerokości 88 wysokości 25 centymetr.

Pieczęć, dobrze zachowana, wisi na pasku pargaminowym.

Ropczyce—miasto w Galicyi, w obwodzie tarnowskim.

XXVIII.

Nova Civitas, a. 1448 d. 17 Julii.

Fredericus, Romanorum rex, suadet Casimiro, regi Poloniae, ut benevolenter discordias cum ducibus Silesiae componat.

Fredericus, Dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Austrie, Stirie etc. dux, serenissimo principi Kazimiro, eadem gracia regi Polonie et magno duci Littwanie, fratri et consangwineo nostro carissimo, salutem et prospiciorem successum ac dilecciones fraterne votivum incrementum. Hodie de manibus nuncii recepimus vestre fraternitatis litteras, Lublin feria secunda post octavas Corporis Christi emanatas, in quibus nobis eadem vestra fraternitas int... (?) super nostris litteris, in facto illustrium principum ducum Slezie, consanguineorum nostrorum, vestre fraternitati transmissas(!), cum narracione rerum gestarum respondet et in fine concludit vestra fraternitas, post expedicionem illius vestre diete versus Cracoviam tendere et ibidem ad complacenciam nostram et postulacionem illorum principum eis velle locum

asignare et ad equitatem cum eis venire, si illam de se, vobis et regno vestro exhybere voluerint et, satisfaccione condigna habita, velit vestra fraternitas cum ipsis bonam pacem et vicinitatem servare; congratulando eciam bono statui, sanitati et prosperitati, successibus nostris etc., quibus omnibus respondendo, easdem vestre fraternitatis litteras cum grandy alacritate audivimus, nam ex eis et bonam valetudinem vestre persone et felices rerum vestrarum successus colligimus, quos sepenumero percipere nobis summa leticia est, — sic enim utriusque regalis dignitas, que inter nos caritatem fraternam copulat, ac idemptitas sanguinis, quibus strictissime coniungimur, penitus postulant. Notificans *) eidem vestre fraternitati, quod in presenciarum altissimo concedentes, incolumes vivimus et wotiwa prosperitate petimur, adhortantes vestram caram fraternitatem sincero affectu, ut nos pariter pro singulari nostra consolacione velitis crebrius awisare. Quantum autem attinet ad factum prefatorum principum Slesie, libenter percepimus vestram cum ipsis (mutuam) convencionem illamque laudamus, sperantes, quod ibidem omnia hinc inde comissa bono ordine et amicabiliter componentur, et, ut hoc comodosius fieri possit, precamur, ut vestra fraternitas, reiectis more regio gravitatibus, mutuarum iniuriarum se ad vicis pacis(?) lenem et liberalem contemplacionem nostri ostendat; quod si ad presens forsitan res illa terminari non possit et alique difficultates restarent, non velit propterea vestra fraternitas moveri ad arma, ex quibus plerumque maiora et graviora dispendi(a) pululant, sed more regio, cui et benignitas et pietas semper inherere debent, supersedere et tranquillis mediis incedere, nam et ipsi duces, uti percipimus, non minus se ex regno vestro offensos et dampnificatos pretendant, nos quoque libenter nos interponemus ex parte illustrissimi et dilecti patruelis nostri, regis Ladislai, cuius ipsi duces sunt et principes ac ad coronam suam et regni Bohemie pertinent nobisque et imperio nowimus incumbunt, cum tamen illud regnum a nobis in feodum dependeat et sacro imperio existat obnoxium, inducemusque ipsos duces possetenus ad equitatem et faciemus ex parte prefati patruelis nostri, quantum in nobis

*) Powinnoby być *notificantes*.

erit, omnia, que utilia et necessaria ad hoc videbuntur pro evitandis futuris guerrarum incomodis et bona concordia procuranda, confidentes in vestra fraternitate, quod hanc oblacionem nostram fraterne suscipiat et eam tanquam equam et accomodam suscipiat et prosequatur. In eo nobis vestra fraternitas exhibebit complacenciam grattissimam per nos et patruelem nostrum prefatum erga vestram fraternitatem in similibus et maioribus promerendam. Que res inter nos et regna nostra muttuam et optimam dilacionem ac unionem indubie stabilient et confovebunt. Datum in Nowa Civitate die decima septima mensis Julii regni nostri anno nono.

Ad mandatum Domini regis in consilio. Serenissimo principi Kazimiro, regi Polonie et magno duci Littwanie, fratri et consanguineo nostro carissimo.

Dokument powyższy zapisany jest w ks. X. mtr. kor. fol. 27.
Nova-Civitas (Neustadt) miasteczko w dolnéj Austryi.

XXIX.

Strzelce, a. 1449. d. 1 Julii.

Bernardus, dux Opoliensis et Falkenbergensis, cum Casimiro, rege Poloniae, foedus annuum, ad festum s. Margarethae anni 1450 duraturum, icit.

Nos Bernhardus, Dei gracia dux Oppoliensis et Falkenbergensis etc., significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo cogitantes ea, que sunt pacis et non afflicciouis, cupientesque bellorum et gwerrarum sedare disturbia et sanguinis evitare profluvia, differencias displicenciasque et rancores ac odia, que inter serenissimum principem et dominum Kazimirum, Polonie regem magnumque ducem Littwanie etc., suos subditos, terras et dominia eiusdem ab una — et nos subditosque nostros, terras et dominia nostra ab altera — partibus hactenus suscitata fuerant, pocius per viam amicabilis concordie complanare, quam gladio experiri, trewgas pacis fecimus, firmavimus et statuimus

tenoreque presencium facimus, firmamus et statuimus inter prefatum dominum Kazimirum, regem Polonie etc., subditos suos terrasque et dominia ipsius et nos, subditos, terras et dominia nostra a festo sancte Margarethe, proxime venturo, ad aliud festum sancte Margarete, quod erit de anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, ipsam diem ad occasum solis includendo, volentes prefatas trewgas pacis sub his condicionibus, inferius descriptis, in omnibus clausulis atque punctis firmiter atque inviolabiliter observare, omni fraude atque dolo proculmotis. Inprimis si quidem quod, durante huiusmodi trewga, nos prefatus dux Bernhardus venire et descendere descendere (!) tenebimur ad presenciam domini Kazimiri, prefati regis, ad locum et hoc, dum et quando litteris suis tribus aut ad minus duabus septimanis fuerimus avizati et vocati. Ibique constituti, super huiusmodi differenciis omnibus et displicenciis, parte utraque exortis, certos arbitros collocabimus et in illos compromittemus, concedentes ipsis plenam facultatem et potestatem, ut, quicquid per eos decisum et ordinatum fuerit, firmiter observare promittimus et pollicemur pro nobis et subditis nostris. Item quod, durante huiusmodi trewga pacis, a data presencium per octo dies omnes captivi ab utraque parte capti, quibus fides non adhibere-

tur, ad caucionem fideiussorie debent dari et exponi pristineque reddi libertati, qui in huiusmodi convencione, per prefatum dominum regem Polonie et subditos suos nobiscum et nostris subditis tenenda, personaliter se statuent et representent illis, per quos capti fuerant, — et quicquid de cetero per ipsos, per partem utramque locatos, de ipsis captivis inventum et decisum fuerit, inviolabiliter observabunt et observare tenentur. Item mercatores, institores et alii cuiuscunque status aut preminencie regni incliti Polonie homines liberum et securum in terras et dominia nostra habebunt transitum, suas mercancias et res exercere, salvis oneribus et theoloncis seu theoloneorum solucionibus, ab antiquo tentis. Item promittimus, quod latronibus et spoliatoribus aliisque maleficis hominibus iter ad terras et dominia prefati domini Kazimiri, regis Polonie, et eciam coronam prohibebimus et occludemus nec eis quecunque dampna per se vel submissas personas directe vel indirecte inferre vel facere permittemus. Ubi autem

aliquis ausu temerario huiusmodi nostras trewgas et pacis sufferencias violare aut in contrarium attemptare presumpserit, dominus rex prefatum pacis violatorem et turbatorem suis litteris duabus septimanis ante huiusmodi convencionem tenebitur nobis intimare, quem nos in ipsa convencione statuere debebimus et tenebimur, et ibi iudicialiter coram arbitris, per prefatum dominum regem et nos locatis, cuilibet de se querulanti tenebitur respondere. Si qui autem fures, incendarii, latrones, spoliatores aut malefici, ex terris et dominiis nostris egressi, terras et dominia prefati domini regis Polonie etc., aliquo dampno, spolio, iniuria aut maleficio infestaverint aut leserint, tales nos, capitanei, officiales et subditi nostri tenebimur et tenebuntur persequi et fugare et omnibus viribus, modis, viis et ingeniis ad eorum deprehensionem et detencionem prebere auxilium, consilium et favorem; qui, si comprehensi fuerint, iuxta iura punientur et leges; si vero capi non poterint (!), convicti iure suo cogantur ad restitucionem omnium ablatorum. Si qui autem potencialiter ad nocendum terris et dominiis prefati domini Kazimiri, Polonie regis etc., per terras et dominia ducatus nostri venire proponerent, quibus sua virtute et potencia resistere et se opponere non possemus absque dolo et fraude, extunc dominum regem prefatum, capitaneos officialesque aut suos subditos litteris et nostris nunciis avizare tenebimur. Ubi autem clandestine et sine voluntate et scitu nostris prefati malefici regnum intrarent, illos per domini regis prefati capitaneos aut subditos avizati, insequi et investigare et arestare tenebimur, omnibus excusacionibus proculmotis. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum, testimonio literarum. Datum Strelicz feria tercia in vigilia Visitacionis Virginis gloriose alias ante Processi Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 102, długości 27, szerokości 23 centymetr.

Pieczęć, dobrze zachowana, wisi na pasku pargaminowym.

XXX.

Oswiecim, a. 1449 d. 8 Octobris.

Lis, inter Casimirum, regem Poloniae, atque dominos Nicolaum de Vladenin et Herbortos propter debitum non solutum exorta, a Bolcone Teschinensi diiudicatur.

My Bolek, z Bozye milosti knyeze Tyessinske etc., Jan Czappek z Saan a s Hukwalduow, Mikolass, rzeczeny marssalek z Dubowcze, wyznawamy tymto lystem obecznye przedewssyemi, ktoz gey vzrzye aneb cztucze slysseti budu, ze, yakoz mezy naygiasnyegssym knyezetem knyezem Cazimirzem, cralem Polskym, panem nassym milostiwym, a tu korunu s gyedney—a urozenym panem Mikolassyem z Wladyenina, bratry, a Herborty, stryczy gyeho, s strany druhey — gsu byli burzky, nesnaze, a zahuby vkrutne, gmenowitye o ten dluh a penyeze, gyenz gsu sye byly pani polsszczy nadepsanemu Wadyenynskemu (!) zapsaly a za pana Grota ruczily, yakoz toho hlawni lyst ssirze wymluwa a vkazugye, o to gyest cralowa milost, pan nass milostiwy, nas zadal a strana druha nas prosila, abychom to ksobye przigyaly a ty nesnaze mezy gyeho milosti a druhu stranu rozeznaly a w gyednostaynu wuoly a dobry konecz uwedly. A my, znamenawssye a vslyssyawssye gyegich obopolnye prze y odpory, snaznye a pilnye ty waziwssy, k zadani crale gyeho milosti a k prosbye druhey strany wedle ssprawedliwosti yakzto prawi gyednacze a vmluwcze ygsme mezy stranami swrchupsanymi wyrzkly a moczy lysta tohoto wyrzyekamy pod propadenym dwu tisycze kop grossy dobrych strzyebrnych razu y czisla Czeskeho, za kazdu kopu ssyedesate grossy poczitagicz. Kterazby strana takoweho nassyeho wyrczenye ne drzala, aby stranye poslussney toho zakladu propadeneho polowiczy a nam vbirmanom druhu polowiczy dala y hned po prwnyem dny propadenye we cztyrzech nedyelech, porzad zbyehlych, za kteryzto zaklad gsu za cralowu milost, pana nassyeho milostiweho, a za pany tey koruny slybily welykomoczni pany: pan Mikolass z Brzezye, sedyenym na Lanczkrunye, marssalek cralewstwye Polskeho, pan Petr Ssafranecz z Pesskowy Skaly a z Bandina, podko-

morzye Crakowsky, pan Jan z Bobrki, pan Byeczky, pan Bartoss z Guory, sudye Crakowsky, a pan Petr ze Stikowa, podsudye Crakowsky, a za druhu stranu, totiz za pana Wladyenynskeho slybily vrozeni a slowutny: pan Berko z Nasile, sedyenym na Wartnowye, pan Purkarth ze Rzuchowa, pan Adam Byes z Lesszin a pan Mikolass z Paskowa a z Wolfemberk. Nayprwe takto wyrzyekamy a wypowyedamy, aby wssechny nechuti, burzky, nesnaze a protiwenstwye mezy stranami swrchupsanymi, kterakkolwyek az do sye chwile wznikle, pominuly a na wyeky mrtwy byly, a kterzy gsu podle cralowy milosty w tom zasszy zassly, dopomahagicz gyeho milosti, aby Wladyenynsky s swymi bratry a stryczy se wssy swu stranu tym toho niczym zlym nezpominal nynye y na wyeky, a cralowa milost y wssehna koruna cralewstwye Polskeho teez protiw panu Wladyenynskemu a tym, ktoz gsu podle gyeho w tom zasszy zassly a gyemu dopomahaly, o to zasszye vezinili a toho zpominati negma. Item o wyeznye takto wyrzyekamy, aby pan Mikolay Tangoborsky, pisarz, pan Stanislaw z Zawady, knyez, Mikolay, probosst Mstowsky, a Martin Puolkonye y giny wssechny wyeznyowe, kterziz gsu w tom zasszy gyati od obu stran az do sye chwile, budto duchowni neb swyedczy, propussczeni byly, a kterziz zde gsu, aby hned prazdni a ruku propussczeni byly, a kterziby zde ne byly, aby we dwu nedyely propussczeni a prazdni od obu stran byly, a kterziby wyeznyowe lysty wyruczeny byly, aby ty lystowe we dwu nedyely nawraczeny byly a zadney moczy k vpominani negmyely. Item o tyech dwanaste seth kop grossy, yakoz pan Wladyenynsky na ty penyeze a na pany gma, takto wyrzyekamy, aby gyemu panu Wladyenynskemu ty giste penyeze, totiz dwanaste seth kop grossy a k tomu trzy sta zlattych vherskych czrwenych, dobrych na zlattye y na waze, pany cralewstwye Polskeho daly a polozily we Blssczinye w mocz gyeho we trzech nedyelech, po dany lysta tohoto porzad zbyehlych, a pan Wladyenynsky lyst hlawni, kteryz na ty penyeze gma, teez na ten den tu we Blssczinye tym, ktoz penyeze klasti budu od crale gyeho milosti a od panuow, poloziti a w gyegich mocz dati gma, a zlatty gma od panuow brati po osmi a dwadczyeti grossyech, a k tomu gmagi s obu stranu prziwolati vrzednika Blssczinskeho

a fforarze y purgmistra toho myesta, aby sye przed nimy tyech penyez zaplata a lystu wraczenye stalo.

Tomu na swyedomye potwrzenye a wyetssy gistotu swe wlastnye peczeti s nassym dobrym wyedomym a wuoly gsmy kazaly przydawiti k tomuto lystu, gyenz dan w Oswyetimye tu strzedu po swatem Frantisku Syna od narozenye Bozyeho tisyczyeho cztyrstcho cztyrzidczateho dewateho leta.

Oryginal, pisany na papierze formatu arkuszowego, zachowany w Archiwum głównem pod N. 1350.

Po trzech wyciśniętych *pieczęciach*—jednéj czerwonéj i dwu mniejszych czarnych—pozostał ślad.

Blszczina, Pszczyna (niem. Pless)—miasto powiatowe na Szlązku, w obwodzie regencyjnym opolskim.

XXXI.

Mstow, a. 1450 d. 15 Martii.

Casimirus, rex Poloniae, supplicatione Elisabethae de Pilcza, uxoris Boleslai, ducis Opoliensis, inductus, villam Kydow, ad castrum Pilcza pertinentem, de jure polonico in jus theutonicum, quod Srzedense dicitur, transfert.

Juris theuthonici Kydow.

Kazimirus, dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie nec non terrarum: Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie, Pomeranie Russieque dominus et heres, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quod pro parte illustris Elizabeth, conthoralis preclari principis domini Boleslai, ducis Opolie, maiestati nostre extitit supplicatum, quomodo villam suam Kydow, in terra Cracoviensi sitam, ad castrum Pilcza pertinentem, de ius polonicum (!) in ius theutonicum, quod Srzedense (dicitur), transferre dignaremur graciose. Nos itaque peticionibus huiusmodi, tanquam iustis, benigniter acclinati, dictam villam Kydow, in pre-

dicta terra Cracoviensi sitam, prout in suis metis longe late ex(tat) ab (aliis) limitata et distincta, de iure Polonico et quovis alio *) ius theutonicum, quod Srzedense d(icitur), transtulimus et transferimus, tenore presencium mediante, temporibus perpetuis duraturum, removendo ibidem omnia iura polonicalia et quevis alia, mores et consuetudines universas, que ipsum ius theutonicum plerumque consueverunt perturbare, eximimus insuper et perpetuo liberamus omnes et singulos kmethones et quosvis dicte ville seu hereditatis Kydow incol(as) ab omni iuridiccione et potestate omnium dignitariorum nostrorum: palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum et quorumvis officialium et ministerialium eorum, coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam parwis quam magnis, puta furti, incendii, sanguinis effusionis, homicidii, membrorum mutillacionis et aliis quibuscunque enormibus excessibus cittati, minime respondeant nec aliquas penas solvere teneantur. Si tamen dicte ville Kydow incole coram ipsorum scultetis, qui pro tempore fuerint et non coram prenominatis, palatinis, castellanis, capitaneis, iudicibus, subiudicibus vel eorum vicesgerentibus, dum tamen per nostram nostro sigillo signatam **) evocati fuerint vel cittati, et hoc, si in reddenda iusticia sculteti negligentes fuerint vel remissi, tunc non aliter, quam suo iure theutonico Srzedensi, de se querulantibus respondere sint astricti; in causis autem criminalibus vel capitalibus, superius expressatis, memorate ville scultetis in metis et graniciebus iudicandi, promovendi, sentenciandi, corrigendi, plectendi et condempnandi plenam damus et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem, prout hoc ipsum ius theutonicum in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, condicionibus et capitulis postulat et requirit, iuribus tamen nostris regalibus semper salvis. Harum, quibus sigillum nostrum est subappensum, testimonio literarum. Actum in Mstow die dominico Letare anno Domini MCCCCL^{mo}, presentibus magnificis et generosis Nicolao de Brzeze, marschalco, Hincza de Rogow, vicethesaurario regni Polonie, Beyzatho, Cracoviensi, et Nicolao, de Mokrsko heredibus, Sandomiriensibus vexilliferis, et aliis pluribus fide dignis fidelibus nostris (dilectis). Datum per manus magnificorum Johannis de Conyeczpole, cancellarii, et Petri de Sczekoczini, vicecancellarii regni nostri predicti, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem serenissime principis domine Zophie, Dei gratia regine Polonie etc.

*) Brak: in.

**) Domyślić się należy: litteram.

Dokument zapisany w ks. X Metr. kor. f. 64; pisany nader niewyraźnie, jak gdyby w pośpiechu.

Elżbieta, żona Bolka V, ks. opolskiego na małym Głogowie, była córką Elżbiety Granowskiéj, trzeciéj żony Jagiełły, po pierwszym jéj mężu Wincentym Granowskim kasztelanie nakielskim, staroście wielkopolskim. Poślubiła księcia opolskiego już po powtórném zamążpójściu matki w początkach 1418 r., miała z nim syna Wacława, który zmarł bezżennym 1 października przod 1453 r. Sama umarła po 2 września 1452 r. (Kantecki: *Szkic hist. Elżbieta 3-cia żona Jagiełły*, Codex dipl. Pol. III, 202, Helcel, II, 322).

Mstów—osada w gubernii piotrkowskiéj, w powiecie częstochowskim.

Kidów—wieś w województwie krakowskiém, w powiecie pileckim.

XXXII.

Sine loco, a. 1450 d. 25 Augusti.

Venceslaus, Vladislaus et Premislaus, duces Teschinenses, consentiunt in dotem, per Boleslaum, fratrem ipsorum, Annae uxori constitutam.

Wir Wenczlaw, Wlodko vnd Przemko, gebruder, von Gotis gnaden herczuge zu Teschin vnd grosen Glogaw etc., bekennen uffintlichen mit diesim brieffe vor allen den, die en sehen adir horen lesin, als denne der hochgeborne furste herczug Bolko, herczug zu Teschin etc., vnser lieber bruder, der hochgebornen furstynne frawen Annan, seyner lieben gehmal, vnser lieben swester, die slos, land vnd stete, Fredek vnd Freystad, desselben landes und gebietis zu leipgedinge noch dieser lande zitten vnd gewonheit vor sechs tawsend vngerischer gulden vorphant vnd vorschreben vnd doruff die man vnd stat howlden vnd glowben befolen hat. Czu sulchem leipgedinge in allermose, wie das lewtet, ist vnser ganczer wille, den wir auch doczu gebin, folkomenlichen

vnd das vorfulgen zu krafft vnd macht diesis brieffis, vnd dach also vnderscheidenlich. Ap do Got vorsei an dem genanten vnseren bruder vnd vnser lieben swester icht von todis wegen geschege, vnd hinder en erben nichten lissen, das sich die genanten man vnd stete an vns in allermose halden, als sie vns vormols glowbet vnd gehult haben. Czu orkund haben wir vnseren ingesigile an diesen brieff lassen hengen. Am dinstage noch Bartholomei noch Cristi geburt firczenhundert jar vnd im fumffczigesten jare.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod N. 794, szerokości 26, długości 16 centymetrów.

Pieczęcie trzy, dobrze zachowane, wiszą na paskach pargaminowych.

Fredek, Frydek (Friedek), po prawym brzegu rz. Ostrawy, i
Freystad (Freistadt), Frysztat, po prawym brzegu rz. Olsy,
— miasta w ks. cieszyńskiém.

XXXIII.

Teschin. a. 1450 d. 27 Septembris.

Boleslaus, dux Teschinensis, Annam, coniugem suam, dotat et tutores ejus dotationis Casimirum, regem Poloniae, Nicolaum Ratiboriensem, Venceslaum ac Primislaum, Teschinenses duces, constituit.

In nomine Domini amen. Nos Boleslaus, Dei gracia dux et dominus Thessinensis etc., recognoscimus generaliter vniuersis, litteram presentem inspecturis et eam legi audituris pariter et visuris, quod bona animi nostri deliberacione atque salubri nostrorum amicorum seniorum freti consilio, digne et iuste dedimus et vigore huius littere damus ad iustum dotalicium secundum jus et modum huius terre preclare principi ducisse Anne, consorti nostre carissime, ista infrascripta castra, ciuitates, opida, villas, bona, ut puta, castrum Ffridek, ciuitatem cum subvrbio, ciuitatem, opidum cum predio, ciuitatem Ffridlanth cum omnibus ipsius et quibuslibet pertinencijs, censibus, contribucionibus, theoloneis, molendinis, piscinis, fluminibus et cum omnibus ipsius

fructibus, proventibus et dacionibus vniuersis, magnis et parvis, que ad supranominatum castrum, ciuitates, opida et subvrbia spectant et pertinent, nullis penitus exceptis et exclusis. Ac insuper has villas et bona nominata: Brudzovicze, Staremyesto, Bassku, Swendnyow, Kunczicze, Rozkowu Lhotu, Janowicze, Lubnu Lhotu, Laskowiecz cum omnibus istarum supradictarum censibus, contribucionibus et omnibus quibuscunque fructibus, proventibus, molendinis, piscinis, predijs et vniuersis attinencijs, quibuscumque nuccupentur (!) nominibus, nichil pro nobis et successoribus nostris in ibidem reseruando. Item omagia et obsequia seu eciam villas omagiales que (!) serviles terrigenarum, ad districtum Ffrideczskemu pertinentes: Sedlissczе, Dobruzemiczi, Skaliczi, Rzepisscze, Wratimow, Sobiessonicze, duas Blandowicze villas, superiorem Solicz et inferiorem, Zilmanicze, Ziboticze, Domaslawicze cum jure et dominio ac omni jure ducali, proprietatibus, libertatibus, omagijs et seruicijs et obediencia baronum, nobilium et indigenarum, scultetis, kmetonibus ac cum omnibus hominibus possessionatis, locatis, spiritualibus et secularibus, nullis exclusis aut reservatis, eo jure, quo soli tenuimus et habuimus. Item castrum Ffristath, ciuitatem cum subvrbio et cum omnibus ipsorum pertinencijs, censibus, contribucionibus, theoloneis, molendinis, piscinis, fluminibus et cum omnibus alijs attinencijs, coherencijs, magnis et parvis, quomodolibet ad castrum, ciuitatem et subvrbium Ffristat spectant et pertinent, nullis prorsus exceptis et reseruatis. Item eciam has villas: Lanky, Staremiesto, Richwald et insuper Darkow — si ipsam villam Darkow a Stanislao Wipplar dicto exemerimus et liberauerimus, prout sibi in pecunijs obligauimus, quemadmodum littera ipsius super hoc confecta plenius depromit — cum omnibus istarum predictarum villarum censibus, contribucionibus, dacionibus vniuersis, molendinis, piscinis, predijs et quibuscumque attinencijs, pertinencijs et coherencijs, nullis exceptis et reseruatis. Ceterum diuino volente iudicio, si nos de hac luce migrare contigerit et pretacta ducissa domina Anna, coniux nostra dilecta, aliqualiter et non modice impressa extiterit et notabilis necessitas affuerit, extunc istas duas villas supradictas Richwaldi et Staremyesto,

ante Ffristath consistentes seu adiacentes, potens erit vendere aut obligare ac cum eis facere, quid placebit, et taliter, quamdiu in sede permanserit viduali tempore vite sue. Si vero prefata domina Anna ducissa ad secundas nupcias conuolauerit, extunc prefatas villas Richwaldi et Staremyesto amplius non habebit vigorem ipsas obligandi, vendendi, alienandi et cum ipsis, quid placeret, faciendi. Insuper omagiales alias *many* et villas istas terrigenarum, ad districtum Ffristatcz*skemu* pertinentes: primo claustrum Orlowa cum omnibus ipsius pertinencijs, superiori et inferiori jure, item: Karwinu, Dietmarowicze, Ssepetowicze, Lazcze, Lutynie vtrumque, Theutunicum et Polonicum, Wyernerzowicze, Suche vtrumque, Krzeczny, Grussowic, Girzmanicze, Cijrmynu cum jure et dominio et omni jure ducali, proprietatibus, libertatibus, omagio, obediencia et seruicio baronum, militum, nobilium et indigenarum scultetorumque ac omnium hominum possessionatorum, locatorum, spiritualium et secularium, nichil penitus pro nobis excipientes et reseruantes, et cum eo omni jure, quo soli habuimus et tenuimus. Ac eciam domum magnam, in ciuitate Thessinensi sitam, in circulo prope claustrum, cum omnibus ipsius attinencijs, pertinencijs et coherencijs vniuersis. Et hec suprascripta castra, ciuitates et villas in districtu Ffrideczskem et Ffristathskem cum omni jure, dominio ac jure ducali, omagio baronum, nobilium, militum, procerum et indigenarum eorumque seruicijs et obendiencia, aduocatis, prothoconsulibus, magistris civium, scultetis, kmethonibus et alijs omnibus incolis, tam spritualibus, quam secularibus, venacionibus ac jure feodali *lijn* wulgariter *lijnskym* spiritualium et secularium, quecumque aut quomodolibet ad nos spectare videntur, in suprascriptis terris, districtibus videlicet: Ffrideczskem et Ffristathskem consistentes, cum theoloneis, rippis, ducalibus censibus, contribucionibus, exaccionibus et vniuersis pecunialibus et frumentorum dacionibus et omnibus montibus, si inquantum vnquam apperti fuerint; cum seruicijs, honoribus et proventibus atque nemoribus, silvis, borris, gaijs, rubetis, virgultis, montibus, collibus, vallibus, mellificijs, fluuijs, stangnis, lacubus et aquarum decursibus, agris, pratis, arwis et cum alijs omnibus fructibus, attinencijs et pertinencijs, juribus, proprietatibus, liberta-

tibus et omni jure, superiori et inferiori. Quamadmodum (!) suprascripta castra, ciuitates, opida, subvrbia et ville (!), in terris et districtibus Ffrideczskem et Ffristathskem situatis (!), atque eciam domum supranominatam in ciuitate Tessin habuimus et tenuimus, quemodolibet vel quemodocumque ad ipsam de jure et de modo seu conswetudine spectant vel spectare videantur, nichil excipientes et pro nobis, liberis, amicis et successoribus nostris in ibidem reseruantes; prefata domina Anna ducissa, conthoralis nostra dilecta, debet dominari, habere, tenere et possidere post decessum nostrum ad tempora vite sue et quamdiu in sede permanserit viduali, velud juris dotalicij in hijs terris obseruatur et tenetur abs omni nostrorum fratrum clenodialium et succedaneorum impedimento. Si vero prefata domina Anna ducissa ad secundas nupcias conuolauerit et fratres nostri seu successores legittimi predicta castra, ciuitates, opida, suburbia et villas superius expressatas a supratacta domina Anna ducissa habere et alienare voluerint, extunc debent ei dare et ad plenum exsoluere sex milia florenorum auri vngarici. Et hec puncta, articulos, condiciones, clausulas vniuersas superius expressatas nos dux prenominatus ad manus fideles promittimus, videlicet: serenissimi domini Kazimiri, Dei gracia regis Polonie ac magni ducis Litwanie etc., atque illustrium principum dominorum: Nicolai Rathiboriensis, Wenczeslai et Przemislai Thessinensis, ducum, fratrum nostrorum dilectorum, quemadmodum hos pro tutoribus supradicta domina Anna ducissa sui dicti dotalicij elegit, in certitudine et plenitudine tenere et conseruare, hoc specialiter adiuncto et expresso, quod in presencia domini regis Bohemie, in proximo affuturi et coronandi, hoc premissum dotalicium prenominate domine Anne ducisse secundum puncta, condiciones, clausulas ac verba seu expressaciones, *) hec depromit littera, nos ducali verbo innovare et pro maiori rathihabicione confirmare, approbare et ratificare promittimus et spondemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Tesschin dominica proxima ante festum sancti Michaelis Archangeli anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

*) Brak: quae.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównćm pod Nr. 233, szerokości 50, długości 33 centymetrów.

Pięczęć, dobrze zachowana, wisi na ziolonym sznurku jedwabnym.

Anna, żona Bolesława II-go, księcia cieszyńskiego († 1452 r.), była córką Iwana, kniazia na Bielsku. Umarła 24 marca po r. 1461; por. Grotefend, Stammtafeln.

Fridek, Frydek (Friedek) po prawym brzegu rz. Ostrawy,

Fristat, Frysztat (Freistadt) po prawym brzegu rz. Olsy

— miasta w ks. cieszyńskiém.

Brudzovicze, Brudzowice (Brusowitz),

Laskowiecz, Laskowiec (Leskowetz),

Sedlisscze, Siedliszcze (Sedlischt),

Dobruzemiczi, Dobraziemica, Dobra (Dobrau),

Rzepissczc, Rzepiszczc (Repischtz),

Wratimow, Ratimow (Rattimau),

Sobiessonicze, Sobieszowicze (Schöbischowitz),

Blandowiczc, Błędowice dolne i górne (Niedor- i Ober-Bludowitz),

Solicz, Solcza (Solza),

Zilmanicze, Żermanicc (Zermanitz),

Zibolicze, Żywocicc (Ziwatitz),

Domaslawicze, Domasławice (Domaslowitz),

Richwald, Rychwałd (Reichwaldau),

Orlowa, Orłowa (Orlau),

Karwinu, Karwin,

Dietmarowicze, Detmarowicc, (Dittmannsdorf),

Ssepetowiczc, Szepetowicc?

Lazesc, Lazy,

Lutynic, Lutynia polska i niemiecka (Poln. i Deutsch-Leuthen),

Wyernerzowiczc, Wicrzniowico (Willmersdorf),

Suche, Sucha dolna i górna (Nieder- i Ober-Suchau),

Krzeczny, Skrzeczon,

Grussowic, Gruszow (Hruschau),

Girzmanicze, Gierzmanicc (Herzmanitz),

Cyrmynu?

— wsic w ks. cieszyńskiém, pomiędzy rzekami Morawką i Ostrawą, a Ścienawą i Olsą.

Staremyesto, Staremiasto (Altstadt) pod Frydkiem,

Basskú, Baszka (Baschka),

Rozkowu Lhotu, Raszkowiec (Raschkowitz)?

Janowiczc, Janowicc (Janowitz),

Lubnu Lhotu, Lubno?

Skalicze, Skalicc (Skalitz),

—wsic w ks. cieszyńskiém w trójkącie pomiędzy rz. Morawką a Ostrawą.

Fridlanth, Friedland,

Swendnyow, Swędniów (Swiadnow),

Kunczicze, Kunczycc (Kunczitz),

—wsie morawskie, leżące na lewym brzegu rz. Ostrawy w okręgu nowo-iczyńskim.

Lanky, Łąki (Luczka, Lonkau) i

Darkow,

—wsic w ks. cieszyńskiém pomiędzy rz. Olsą a Ścienawą.

Staremyesto, Staremiasto (Altstadt)—wieś w ks. cieszyńskiém pod miastem Frysztatem na prawym brzegu rz. Olsy.

XXXIV.

Glogovie, a. 1451 d. 2 Julii.

Boleslaus, dux Opoliensis et Glogoviensis, propagat pacem cum Casimiro, rege Poloniae.

Nos Boleslaus, Dei gracia dux Oppoliensis et Glogouiensis etc., significamus tenore presentium, quibus expedit vniuersis: quomodo cogitantes ea, que sunt pacis et non afflictionis, cupientesque bellorum et gwerrarum sedare disturbia et sangwinis evitare profluuia, differencias displicenciasque et rancores ac odia, que (!) inter serenissimum principem ac dominum dominum Kazimirum, regem Polonie, magnum ducem Lythwanie, heredem Russie etc., suos subditos, terras et dominia eiusdem ab vna—et nos subditos quoque nostros, terras et dominia nostra ab altera — partibus suscitatas et exortas, pocius per viam amicabilis concordie complanare, quam gladio experiri, treugas pacis, quas anno preterito, videlicet de anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo a festo sancte Margarethe vsque ad aliud festum sancte Margarethe futurum, quod erit anno presenti, feceramus, firmaueramus et statueramus, easdem, bonis respectibus cupientes prefato domino regi, regno ac subditis suis iustificari, ab ipso festo sancte Margarethe, proxime futuro, vsque ad aliud festum sancte Margarethe, quod erit de anno Domini millesimo CCCC quinquagesimo secundo fecimus, firmauimus et statuimus, facimus, firmamus et statuimus, tenore presentium mediante, inter prefatum dominum Kazimirum, regem Polonie etc., subditos suos, terras et dominia sua nosque, subditos ac dominia nostra vsque ad occasum solis diei sancte Margarethe predicti inclusiue duraturam (!), volentes prefatas treugas pacis sub condicionibus inferius descriptis in omnibus clausulis atque punctis per nos ac subditos nostros firmiter et inviolabiliter obseruare, omni fraude atque dolo proculmotis. Inprimis si quidem quod, durantibus huiusmodi treugis pacis, nos prefatus dux Bolko venire et descendere tenebimur et debebimus ad opidum Crzepicze

domini regis prefati et hoc, dum et quando litteris suis quatuor septimanis ante diem, nobis per eundem dominum regem assignandam, fuerimus auisati et vocati ibique constituti, super omnibus huiusmodi differencijs et displicencijs, vtraque parte exortis, certos arbitros collocabimus et in illos compromittemus, concedentes exnunc ipsis plenam facultatem et potestatem, vt quicquid per eos decisum, ordinatum et dispositum fuerit, promittemus (!), pollicemur et spondemus per nos et subditos nostros firmiter et inviolabiliter obseruare. Item quod, durantibus huiusmodi treugis pacis, a data presentium per octo dies omnes captiui, ab vtraque parte capti, quibus fides non adhiberetur, ad caucionem fideiussoriam debent dari et exponi pristineque reddi libertati; qui in huiusmodi conuencione, per nos cum consiliarijs prefati domini regis Polonie suisque ac nostris subditis in Crzepycze tenenda, personaliter se statuent et representabunt illis, per quos capti fuerant, et quicquid de cetero per ipsos arbitros, per partem vtramque locandos, de ipsis captiuis inuentum fuerit et decisum, inviolabiliter et firmiter partes obseruabunt et obseruare tenebuntur. Item mercatores, institores et alij, cuiuscunque status condicionis aut preeminencie regni incliti Polonie, homines liberum et securum in terras et dominia nostra habebunt transitum, suas mercancias et res exercere, saluis oneribus et theoloneorum solucionibus, ab antiquo tentis. Item promittimus, quod latronibus et spoliatoribus alijsque maleficis hominibus iter ad terras et dominia prefati domini Kazimiri regis et ad eius coronam prohibebimus et occludemus, nec eis queque uel quecunque dampna per se vel submissas personas directe uel indirecte inferre vel facere iuxta posse nostrum permittemus. Vbi autem aliquis ausu temerario huiusmodi nostras treugas pacis et sufferencias violare aut in contrarium attemptare presumpserit, dominus rex aut capitanei sui prefatum pacis violatorem et turbatorem suis litteris quatuor aut ad minus duabus septimanis ante huiusmodi conuencionem tenebitur nobis significare et intimare, quem nos in ipsa convencione statuere debebimus et tenebimur, qui ibidem coram arbitris, per prefatum dominum regem aut consiliarios suos et nos locandis, iudicialiter cuilibet de se querulanti tenebitur et tenebuntur

respondere. Si qui autem fures, incendarij, latrones, spoliatores aut malefici, de terris et dominijs nostris egressi, terras et dominia prefati domini Kazimiri, regis Polonie etc., aliquo dampno, spolio, iniuria aut maleficio infestauerint aut leserint, tales nos, capitanei, officiales et subditi nostri tenebimur et tenebuntur persequi et fugare et omnibus viribus, modis, vijs et ingenijs ad eorum deprehensionem et detencionem prebere consilium, auxilium et fauorem; qui si comprehensi fuerint, iuxta iura punientur et leges; si vero capi non poterint (!), conuicti iure suo cogantur ad restitucionem omnium ablatorum. Si qui vero potencialiter ad nocendum terris et dominijs prefati domini Kazimiri, regis Polonie etc., per terras et dominia nostrorum ducatuum venire proponerent, quibus virtute et potencia nostris resistere et se opponere non possemus absque dolo et fraude, extunc dominum regem prefatum capitaneosque, officiales aut subditos suos litteris et nuncijs nostris auisare tenebimur. Vbi autem clandestine et sine voluntate et scitu nostris prefati malefici regnum intrarent, illos per domini regis capitaneos aut subditos auisati insequi, inuestigare et arestare tenebimur, omnibus excusacionibus proculmotis. Item promittimus, quod si, durantibus treugis pacis predictis, dominus rex prefatus per se aut gentes suas habuerit agere quidpyam hostiliter cum quocunque ducum aut cuiuscunque status hominum de Slesia, extunc nos Bolko, dux prefatus, nos debemus per nos aut gentes nostras contra dominum regem prefatum aut gentes suas ipsis de Slesia ducibus aut cuiuscunque status hominibus prebere consilia, auxilia aut fauores publice uel occulte. Harum testimonio litterarum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Glogouie in die Visitacionis Marie virginis illibate anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównóm pod nr. 113, szerokości 47, wysokości 28 i pół centymetrów.

Pieczęć, dobrze zachowana, wisi na pasku pargaminowym.

Crzepicze, Krzepice—miasto w gubernii piotrkowskiéj, w powiecie częstochowskim.

XXXV.

Siradiae, a. 1452 d. 2 Septembris.

Bernardus, Boleslaus, Nicolaus, duces Opolienses, cum Casimiro rege inducias, usque ad festum s. Bartholomei a. 1453 duraturas, faciunt.

Nos Bernhardus, Boleslaus et Nicolaus, Dei gracia duces Oppolienses etc., necnon Johannes Bes de Kathowicze et Johannes Gelcz Borsnicz de Welczin significamus tenore presencium vniuersis: quomodo malentes pacem tenere, quam odia continuare, que (!) inter nos nostrosque subditos, ducatus, terras ac dominia nostra ab vna — et serenissimum principem dominum Kazimirum, Dei gracia regem Polonie, magnum ducem Littwanie, heredem Russie etc., omnesque eius serenitatis seruitores et adiutores nuper in gwerra exorta, subditosque terras et dominia regni Polonie ab altera—partibus suscitata, sedare et complanare, trewgas seu sufferencias pacis a die date (!) presencium usque ad festum sancti Bartholomei, proxime venturum, et ad occasum solis diei eiusdem inclusiue fecimus, firmauimus, statuimus facimusque, statuimus, firmamus tenore presencium mediante duraturas; volentes huiusmodi trewgas pacis sub condicionibus inferius descriptis in omnibus clausulis atque punctis per nos et subditos nostros firmiter et inuiolabiliter obseruari, omni fraude atque dolo proculmotis. Inprimis siquidem quod, durantibus huiusmodi trewgis pacis, nos duces predicti similiter et nos superius descripti mittere tenebimur et debebimus ad locum conswetum inter opida Bandzen et Czeladz consiliarios nostros, inquantum personaliter constitui illic non possemus ex certis causis; ipseque dominus rex mittere debebit consiliarios suos ad locum iam dictum in crastino Visitacionis beate Marie virginis, festi proxime venturi. Ibique constituentes super omnibus huiusmodi odijs, ex utraque parte exortis, nos quatuor et dominus rex quatuor arbitros debebimus collocare in illosque compromittere et cauere alias *zaruczicz*, huiusmodi arbitrorum edicto stare; concedentes exnunc, prout extunc, ipsis plenam facultatem et potestatem

quicquid per ipsos decisum, terminatum, ordinatum et conclusum fuerit; promittimusque, pollicemur et spondemus per nos et subditos nostros firmiter et irreuocabiliter obseruari. Item quod, durantibus huiusmodi sufferencijs pacis, a data presencium per octo dies omnes captiui, ab vtraque parte capti, quibus fides non adhiberetur, ad caucionem fideiussoriam debent dari, qui in huiusmodi conuencione, per ipsum dominum regem aut sue serenitatis consiliarios et subditos regni nobiscum ac cum consiliarijs nostris in loco predicto tenenda, personaliter se statuent et representent illis, per quos capti fuerunt. Et quicquid de cetero per ipsos arbitros, per partem vtranque locandos, de ipsis captiuis inuentum fuerit et decisum, inuiolabiliter et firmiter partes obseruabunt et obseruare tenebuntur. Item mercatores et alij, cuiuscunque status, condicionis ac preeminencie fuerint homines, de regno liberum et securum in ducatus et dominia nostra habebunt transitum suasque mercancias et negocia secure poterint (!) exercere, saluis oneribus et theoloneorum solucionibus, ab antiquo tentis. Item promittimus: quod latronibus et spoliatoribus alijsque maleficis hominibus iter ad terras et dominia regni prohibebimus et occludemus; nec eis aliqua dampna per se uel submissas personas directe uel indirecte inferre uel facere permittemus. Vbi autem aliquis ausu temerario huiusmodi sufferencias pacis violare ac in contrarium attemptare presumpserit, id per partis nostre duos et partis regie magestatis duos judices uel arbitros infra vnius mensis spacium diiudicari et decidi debebitur et nichilominus sufferencie pacis huiusmodi inuiolate permanebunt. Si qui autem fures, spoliatores, uel latrones ac quivis malefici, de ducatibus uel dominijs nostris egressi, terras regni aliquo spolio, iniuria ac maleficio infestauerint uel leserint, tales nostri capitanei et officiales tenebuntur persequi et omnibus viribus, modis et ingenijs ad eorum detencionem seu deprehensionem prebere consilia, auxilia et fauores. Qui si deprehensi fuerint, iuxta iura, contra tales edita, punientur atque leges. Si vero capi non poterint (!), conuicti jure suo cogantur ad restitucionem omnium ablatorum. Et pro meliori cautela huiusmodi sufferenciarum pacis nos Bernhardus et Nicolaus, duces predicti, Johannes Gelcz Borsnicz de Welczin et Crzistek Gastho-

wicz, capitanei Nemodlijnienses, pro et cum prefato domino Boleslao, predicto duce Oppoliensi etc., spondemus et promittimus inuiolabiliter sub fide et honore nostris, ut prefertur, vniuersa et singula, in presentibus sufferencijs pacis contenta, sub condicionibus et articulis iam expressis debere tenere et obseruare. Harum, quibus sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Siradie sabato die in crastino sancti Egidij abbatis anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 107, szeroki 41, wysoki 22 centymetr.

Pieczęcie, dwie książęce i jedna herbowa, wiszą na paskach pargaminowych; po dwóch pieczęciach pozostały paski pargaminowe.

Siradia, Sieradz—miasto w gubernii kaliskiéj.

Bandzen, Będzin i

Czeladź—miasta w gubernii piotrkowskiéj.

Już w 1451 r. domagała się rada koronna wyprawy przeciwko Janowi z Welczyna, plondrującemu po księstwie siewierskiém, ale bezskutecznie. Gdy jednakże w następnym roku połączywszy się z Bolkiem V, księciem opolskim, Jan z Welczyna napady ponowił, wziął się król Kazimierz energicznie do poskromienia najezdników. Bawiąc podówczas w Gnieźnie, rozkazał wojsku wielkopolskiemu wyruszyć natychmiast przeciw nim w pole, a sam udał się do Sieradza, aby z pobliża wyprawą odwetową kierować. Atoli z powodu srożącego się powietrza morowego zawarto powyższy rozejm, który w następnym roku na dwa lata przedłużono. Długosz ed. Przeźdz. XIV, 85, 110, 115.

XXXVI.

Petricoviae, a. 1453 d. 30 Junii.

Bernardus, Boleslaus, Nicolaus, duces Opolienses, cum Casimiro, rege Poloniae, pacem biennem componunt.

Nos Bernhardus, Bolko et Nicolaus, Dei gracia duces Oppolienses etc., Johannes Bes de Kathowicze et Johannes Gelcz Borsnicz de Welczin, significamus tenore presencium vniuersis: quomodo malentes pacem tenere, quam odia continuare, que (!) inter nos, nostros subditos, ducatus, terras et dominia nostra ab vna — et serenissimum principem dominum Kazimirum, Dei gracia regem Polonie, magnum ducem Littwanie, heredem Russie etc., subditosque nec non regnum, terras et dominia serenitatis sue suscitata ab altera — partibus, sedare et complanare, trewgas seu sufferencias pacis a festo sancte Margarete, proxime venturo, ad duos annos eiusdem festi sancte Margarete et ad occasum solis diei eiusdem inclusiue fecimus, firmauimus, statuimus facimusque, firmamus et statuimus, tenore presencium mediante, duraturas; volentes huiusmodi trewgas pacis sub condicionibus, inferius descriptis, in omnibus clausulis atque punctis per nos et subditos nostros firmiter et inuiolabiliter obseruare, omni fraude atque dolo proculmotis. Inprimis si quidem quod, durantibus huiusmodi trewgis pacis, nos Bernhardus, Bolko et Nicolaus, duces Oppolienses, nec non Johannes Bes et Johannes Gelcz prefati descendere tenebimur et debebimus per se uel consiliarios nostros ad locum consuetum inter opida Bandzin et Czeladz, ipseque dominus rex prefatus mittere tenebitur et debebit consiliarios suos ad locum predictum ipso die sancte Sophie, proxime venturo.

Ea, quae sequuntur, cum respondente parte litterarum, sub N. XXXV ablatarum, congruunt.

Si vero capi non poterint, conuicti jure suo cogantur ad restitucionem omnium ablatorum. Ac pro meliori cautela huiusmodi sufferencias pacis nos Bernhardus et Nicolaus, duces Oppolienses prefati, Johannes Bes de Katowicze et Johannes Gelcz Borsnicz de Welczin prenominati pro et cum domino duce Bolkone prefato spondemus et promittimus inuiolabiliter sub fide et honore nostris, sicut prefertur, vniuersa et singula, in presentibus sufferencijs pacis contenta, sub condicionibus et articulis iam expressis debere teneri et conseruari. Harum, quibus sigilla nostra presentibus sunt appensa testimonio litterarum. Datum in Pyotrkow in conuencione generali sabato in crastino beatorum Petri et Pauli appostolorum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 111, szerokości 34, długości 88 centymetrów.

Pieczęcie, trzy książęce i dwie herbowe, wiszą na paskach pargaminowych.

Petricovia, Piotrków—miasto gubernialne w Królestwie Polskiém.

Bandzin, Będzin i

Czeladź—miasta w gubernii piotrkowskiéj w powiecie będzińskim.

XXXVII.

Petricoviae, a. 1453 d. 2 Julii.

Premislaus, dux Toscensis, cum Casimiro, rege Poloniae, biennes inducias paciscitur.

Nos Premislaus, Dei gracia dux Thoschcensis, significamus tenore presencium vniuersis: quomodo mallentes ad presens sub treugarum pacis composicionem ipsam pacem, quam guerras sequi avt odia continuare, que inter nos nostrosque subditos ducatum, terram ac dominia nostra ab vna — et serenissimum principem dominum Kazimirum, Dei gratia regem Polonie et magnum ducem Lythwanie et heredem Russie etc., omnesque et singulos sue serenitatis seruitores et subditos, nec non regnum, terras et dominia sua ab altera — partibus sunt suscitata et incepta, treugas seu sufferentias pacis, a festo sancte Margarethe, proxime venturo, per duos annos eiusdem festi sancte Margarethe, eandem diem ad occasum solis includendo, duraturas, fecimus, firmauimus, statuimus facimusque, firmamus et statuimus, tenore presentium mediante, volentes treugas pacis prefatas sub condicionibus, inferius descriptis, in omnibus clausulis atque punctis per nos ac subditos nostros firmiter et inviolabiliter obseruari, omni fraude atque dolo proculmotis. Inprimis si quidem quod, durantibus huiusmodi treugis pacis, nos Premislaus, dux prefatus, descendere tenebimur et debebimus per se vel nostros consiliarios ad locum consuetum inter oppida Bandzyn et Czeladz, ipseque dominus rex prefatus mittere tenebitur et debebit suos consiliarios ad locum predictum ipso die sancte Zophie, proxime affuturo.

Hoc loco inserenda est respondens pars litterarum allatarum sub N. XXXV.

Si vero capi non poterint (!), convicti jurre (!) suo cogantur ad restitucionem omnium ablatorum. Harum, quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum in Pyothrkow

feria secunda ipso die Visitacionis gloriosissime virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Oryginał pargaminowy zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 112, szerokości 22, wysokości 60 centymetr.

Pieczęć, dobrze zachowana, wisi na pasku pargaminowym.

Książęta Przemko toszczyński i Janusz oświecimski oburzeni kontrybucyą, którą mieli zapłacić Piotrowi Szafrańcowi za oszczędzenie ich posiadłości podczas wojny z Włodkiem z Berweltu, zaczęli w 1452 r. dopuszczać się rabunków w Polsce i na kupcach krakowskich, powracających z Wrocławia, co im się tém łatwiéj udawało, że zamek krakowski był prawie zupełnie z wojska ogołocony. Zapędy ich powstrzymywał tylko Piotr Szafraniec, który opanowawszy z małą garstką zbrojnych zamek Malec, roznosił ztamtąd spustoszenie po księstwie oświecimskiém. Wkońcu Przemko i Janusz, nie mając nadziei pomyślnego zakończenia wojny i nie mogąc zapłacić żołdu zaciężnym, poprosili o rozejm. Wszelako w roku następnym wznowili Polacy kroki nieprzyjacielskie. Długosz, XIV. 124.

XXXVIII.

Nieschaviae, a. 1454 d. 25 Septembris.

Casimirus, rex Poloniae, auxiliariis, in quorum numero Hinczko de Gorzew fuerat, cautionem stipendii pro auxilio ad Chojnicam lato facit.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie dominus et heres etc., significamus tenore presencium vniuersis: quomodo, dum ad reppressionem hostium, qui ad ressidendum opidi Choijnicza veniebant, profecti simus, talem cum stipendarijs, ante Choijnicze iacentibus, videlicet: Nicolao Coluczsky, vexiliffero Juniwladislaviensi, Cristiano Odeisky, Nicolao Skulsky, Cozelsky, Nicolao Litwosch, Lubischowsky, Mosgawsky, Petro Schoff, Petro Widawsky, Petro Piwko, Petro Baliczsky, Skoczek Olen, Mathia Szyska, Petro Golambyewsky, Brzeskone Czigan, Hynczkone de Gorzew, Johanne Crolikowsky, Stanislao Sosnowsky, Smarszowsky, Mileowsky, Byelawsky, Lancziczsky, Duscha, equestribus, et Marco, pedestre, ac cum omni eorum comitiua et qui per ciuitatenses et terrigenas terrarum Prussie ad stipendium et obsidium opidi Choynicze vocati fuerant, fecimus collocucionem, vidmacionem et condictamen, ita videlicet, quod omnes hos

stipendarios cum eorum committiuis pro dampnis, iustis et iuxta morem et conswetudinem stipendariorum solui solitis et consuetis, et que, nobiscum in duello sev conflictu ante Choynicze existentes, succubuerunt, taliter, ut sequitur, assecuravimus et tali condicione mediante stetimus. Quod si ciuitatenses et terrigene terrarum Prussie ipsa dampna, que in conflictu luerunt, exsoluere nollent sev quouismodo recusarent, extunc nos ad dampnorum huiusmodi, in conflictu duntaxat eo perceptorum, solucionem ritu, more et conswetudine stipendii presentibus fatemur obligatos et obstrictos. Et ne ipsi stipendarij et seruitores in stipendio sev seruicio suo, in quo ciuitatenses et terrigene Prussie ipsis remanserunt obligati, dampnum aliquod sufferant et paciantur sev in solucione negligenciam habeant, promittimus et spondemus presentibus, ipsos stipendarios iuxta omne posse nostrum subleuare et adiuuare vsque totalem et integram ipsorum stipendij solucionem, quam illis infra quatuor septimanas iuxta condictamen vltimum soluere tenentur et implere. Si autem infra tempus predictum ipsis solucio non esset pro eorum serviciis impresa, extunc, nobis in nullo ipsis stipendarijs contradicentibus aut nocentibus, licitum eis erit, seruicia ipsorum in eorum bonis investigare, reppettere et dampna recuperare iuxta beneplacita sua et secundum inscripciones, quas habent; quorum tam ciuitatensium, quam terrigenarum mercatores infra terras Prussie et excessiue in Polonia siue alias vbilibet vel in Prussia habebunt omnimodam arestandi tenore presencium facultatem, nullo capitaneo nostro uel officiali ipsis contradicente uel impediente. Quocirca vobis pallatinis, castellanis, capitaneis, infra regnum nostrum Polonie vbilibet constitutis, presentibus requirendis distincte precipimus et mandamus, omnino habere volentes, quatenus ipsos stipendarios circa arrestacionem mercatorum de Prussia nulla presumatis inquietare racione uel quouismodo impedire, sed ipsos ad arrestandum libere et secure admittatis et admitti faciatis; tandem, donec ipsis per ipsos ciuitatenses totalis solucio servicii et per terrigenas terrarum Prussie impendetur, secus non ausuri facere pro gracia nostra. Datum in ciuitate nostra Nijeschoviensi feria quarta ante festum sancti Michaelis archangeli anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

Dokument zapisany w Metr. Kor. ks. X, fol. 137.

Nieschavia, Nieszawa — miasto w gubernii warszawskiéj w powiecie włocławskim.

Choynicza, Chojnica (Konitz) — miasto powiatowe w obwodzie rej. kwidzyńskim w Prusach Zachodnich.

XXXIX.

Viennae, a. 1456 d. 4 Augusti.

Ladislaus, rex Hungariae et Bohemiae, optat, ut Casimirus, rex Poloniae, nundinas Posnanienses in aliam diem transferat.

Ladislaus, Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Austrie dux marchioque Morauie etc., serenissimo principi domino Kazimiro, eadem gracia regi Polonie, magno duci Lithwanie heredique Russie, affini et fratri nostro carissimo, salutem et fraterne dilectionis inge (!) augmentum. Serenissime princeps! Postquam ciuitas Wratislaviensis veterum antecessorum nostrorum concessione per longa tempora in festo natiuitatis sancti Johannis Baptiste nundinis annuis, quibus nunc vtitur, vsa fuit, inclite memorie serenissimus frater vester ciuitati Poznaniensi annuas nundinas eadem die concessit, ex hoc vtrique ciuitati incommodum et damnum non leue exercetur, nam dum per concursum ciuitates ipse se valde impediuntur, neutra frequentes, sed vtraque tenues et nudas habent, vellemus ciuitatis nostre vtilitati consulere, id quod magis desideramus, quam cum commoditate Poznaniensis ciuitatis fieri posse conspicimus. Si Poznanienses nundinas fraternitas vestra ad aliam diem conferret, esset vtriu sque ciuitatis opportunitati consultum; negociatores enim, qui nunc ambas adeundo se diuidunt, tunc vniti in ipsarum qualibet convenirent. Ideo fraternitatem vestram rogamus, vt Poznanienses nundinas tam vtiliter permutet compendiumque hoc non parwum ciuitatibus ipsis nostro intuitu facere velit; erit hoc nobis non minus gratum, quam si totum Wratislauiensium comodo cederet, quibus beneficio vestre fraternitatis pristinam nundinarum frequentiam restitutam esse libenter audire vellemus. Datum Wienne die quarta mensis Augu-

sti regnorum nostrorum anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero tercio.

Ad mandatum domini regis in consilio.

Dokument zapisany w Metr. Kor. ks. XI, fol. 227.

Gdy Wrocławianie podwyższyli kupcom polskim, przybywającym na jarmark wrocławski, opłatę cła, zabronił król Kazimierz w 1451 r. swym poddanym zwiedzać jarmarki zagraniczne i postanowił, że doroczne jarmarki odbywać się mają w Poznaniu d. 24 czerwca, w Wieluniu d. 19 listopada i w Kaliszu około połowy wielkiego postu. To rozporządzenie naraziło Wrocławian na straty, gdyż ci mając także d. 24 czerwca jarmark w domu, nie mogli udawać się do Poznania, Polakom zaś nie wolno było jeździć do Wrocławia. Tę niedogodność pragnie uchylić Władysław Pogrobowiec. Dług. od. Przćdz. XIV, 51.

XL.

Cracoviae, a. 1456 d. 11 Octobris.

Casimirus, rex Poloniae, condiciones, quibus terram Oswiecimensem emptam esse vult, statuit.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo praelatorum et baronum regni nostri consilio et matura deliberacione praehabita post multosque et varios tractatus, cum preclaro domino Hanussio, duce Osswiecimiensi, fratre nostro dilecto, habitos pro terra Osswancimiensi et castris Osswanczim et Wolek, infrascriptum contractum, ordinem et concordiam fecimus, ordinauimus, iniuimus, et finaliter conclusimus. Inprimis mille marcas latorum grossorum pragensium monete et numeri polonicalium, videlicet quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, et XXI florenos computando hungaricales, ad feriam quartam Cinerum, proxime venturam, adiungimus ac attribuimus tribus milibus et trecentis marcis latorum grossorum in littera magnifici Johannis de Czyszow, castellani et capitanei Cracouiensis, fideiussoris nostri, et aliorum confideiussorum siue collegarum suorum, in ipsis litteris contentorum, soluere et in ciuitate nostra Bandzyn effectualiter reponere pro dicto termino, feria quarta Cinerum. Quibus peccuniis receptis ac locatis, vtraque pars, tam nostra, quam ipsius ducis Janussij, in ciuitatem Bythom ipsas peccunias conducere debent. Tempore tamen conduccionis dictarum peccuniarum pro nostris subditis regnique nostri pro indempnitate ipsi domino duci Janussio promittimus et pollicemur, ipse eciam dominus dux Janussius pro suis subditis et partibus Slesie nobis aut nuncijs nostris pro idempnitate et securitate in conduccionem dictarum peccuniarum cauere et de saluo conductu prouidere, pro parte sua et omnium sibi adherencium prouidere tenebit et debebit. Quibus summis peccuniarum ad plenum solutis, omnes infrascripciones ac litteras, tam nostras presentes, quam fideiussorum nostrorum, castellani Cracouiensis et aliorum suorum collegarum, in manus nostras aut horum, qui pretactas peccunias soluerint, dictus dux Janussius litteras: vnam, que in se tria milia trecentas marcas grossorum bohemicalium, aliam vnam, que mille marcas latorum grossorum et XXI florenos in se continent, litteram vnam fideiussoriam, in qua preclari principes domini Venceslaus Zathoriensis et Przemek Thossensis cum nonnullis terrigenis *) proposuerunt fideiussores, restituere debebunt et tenebuntur; litteramque suam cessionis ac renunciacionis omni dominio, mero et mixto, proprietatique ac possesioni et signanter omni iuri et interesse, quod hinc in dicta terra Osswancimiensi predictus, abrenunciando de terra et castro Osswanczym, tytulo vendicionis perpetue dare debet sitque astrictus et, si necesitas postulauerit, coram serenissimo domino rege Bohemie, dum per nos fuerit auisatus, similiter tenebitur facere abrenunciacionis renunciacionem iuxta nostre beneplacitum voluntatis. In casu vero, si predictam summam peccuniarum et florenorum ad feriam quartam proximam Cinerum non solueremus et reponere non mandaremus, extunc ipsum dominum ducem Janussium duabus septimanis ante feriam quartam Cinerum auisaverimus, quominus se in terram Osswancziemiensem et castra Osswanczim et Wolek intromitteret et possesionem eorundem reciperet in tenutam. Et capitaneus Osswancimiensis, qui pro tempore fuerit, sibi de eadem terra Osswancziemiensi et castris Osswanczim et Wolek, receptis litteris nostris,

*) Brak: se.

presentibus et fideiussorum nostrorum, castellani Cracouiensis et aliorum suorum collegarum, et alijs litteris, superius descriptis, littera quoque ab eodem duce Janussio de non inferendo grauamine et preiudicio terrigenis et incolis dicte terre Osswanczimiensis recepta, condescendet et dabit intromissionem. Quam terram Osswanczimiensem cum castris Osswanczim et Wolek idem dominus dux Janussius in superius descriptis summis peccuniarum per spacium quatuor annorum, continue se sequencium, incipiendo annos a feria quarta proxima Cinerum computando, cum omnibus et singulis vtilitatibus, fructibus, redditibus prouentibus et obuencionibus, tanquam capitaneus et tenutarius noster, tenebit, habebit, vtifruetur et possidebit. Nobiles quoque terrigenas, ciues, kmethones et omnes alios dicte terre Osswanczimiensis indigenas et incolas circa iura eorum conseruando, non aggrauando, nec opprimendo eosdem aut captiuando sine preiudicio, quouis colore exquisito, nequc bella, gwerras et lites sine speciali mandato nostro et regni nostri mouendo vel incipiendo, spolia, furta, latrocinia non admittendo cuipyam inferre, neque aliqua debita Prussie aut aliqua alia, quibuscunque occasionibus aut causis interuenientibus, propter summam predictam computando. Pro cuius quidem terre et castrorum Osswanczim et Wolek conseruacione et tuitione in subsidium trecentas marcas monete et nummi polonicalium singulis annis infra predictos quatuor annos dare tenebimur et presentibus, obligamur. Si autem ipsas trecentas marcas pro conseruacione vtriusque castri dare annatim nollemus, extunc dictus dominus dux Janussius Wolck castrum tenere non debebit sed in manus nostras aut, cui comisimus, resignare, quod nobis frangere et demollire licebit iuxta beneplacitum voluntatis. Hoc etiam addito, quod, si in solucionem predicti subsidij trecentarum marcarum pro vtroque castro, siue solum centum pro Osswanczim ex toto et plenarie soluere et dare neglexerimus singulis annis infra quatuor annos predictos, extunc in fine quarti anni circa solucionem capitalis peccunie ex integro supplere volumus et tenebimur. Si autem Wolek castrum ipse dux Janussius non tenuerit, extunc proconseruacione terre et castri Osswanczimiensis solum centum marcas nummi et monete Cracoviensis dabimus. Hoc etiam adiecto, quod, si ipse dux Janussius aliquibus bellis ab hostibus nostris et regni sine causa et occasione, per ipsum ducem Janussium aut suos coadherentes directe vel indirecte per se vel submissas personas quomodolibet prestandis, impeteretur ac infestaretur, extunc memoratum dominum Janussium defensare et tueri volumus ac debebimus. Si vero, quod absit, nos aut aliquis nostro aut regni nostri nominibus dictam terram Osswanczimiensem et castra predicta infra spatium quatuor annorum, continue se sequencium, in superius prescriptis annis, a feria quarta Cinerum incipiendo, non exemerimus, extunc dictam terram idem Janussius et sui successores legitimi, lapsis quatuor annis predictis, perpetuarum possidebunt et habebunt. Nos vero omnes terrigenas ciues et alios incolas de omagio et iuramentis nobis prestitis liberos remittemus et relaxabimus; preclari vero duces dominus Venceslus Zathoriensis et Przemek Tossensis vna cum terrigenis ipsorum, decem in numero infrascriptis personis, sine dolo et fraude notabilioribus, videlicet nobilibus et generosis: Michaele Nawuoy de Elgolth, Schambor de Labuthi, Michaele cancellario de Zawyerczycze, Schamborio Sbroslawsky, Vincencio Wylkowsky, Johanne Czapkowsky, Nicolao Crzystek de Zamyanthycz, Joanne Crzystek de Semanthycz, Procopio de Swantoszevycz, Johanne de Czanthawa, Nicolao Gawszyczskij de Vyelawyesz, Johanne de Blazeyoszewicze et Michaele Schyrodskij, promittere et spondere debent sub fide et honore ac penis infrascriptis pro dicto domino duce Janussio, quod dominus articulos, puncta, supra et infra scriptos, in omnibus clausulis, condicionibus, omnibus coloribus, quibus sibi prodesse et nobis obesse possit aut regno nostro, cessantibus et proculmotis, tenebit, seruabit, implebit ac firmiter et sine dolo ac fraude, sine quauis mora et contradiccione custodiat, condescendat et obscruabit. Pro quibus dicti domini duces Vencelaus Zathoriensis et Przemek Tossensis principales se posuerunt suis literis certos et indubitatos manu coniuncta et indiuisa fideiussores. Et si dictus dominus dux Janussius, per nos sibi solutis summis predictis, terram et castra predicta aut aliquas litteras, nobis nociuas, nobis non restituerit, quas taliter exsoluerimus et pro ipsis satisfecerimus, extunc omnia dampna, quecunque perceperimus aut incurrerimus, ad simplicem assercionem nostram nobis predicti duces et eorum successores adimplere et

soluere debent et tenebuntur. In casu vero, quo de hac luce ipse Janussius decesserit, extunc dominus dux Przemek aut eorum successores terram Osswanczimiensem cum castris predictis Osswanczim et Wolek nobis et regno nostro condescendere, dimittere et resignare in manus nostras aut, cui id specialiter commiserimus, realiter et cum effectu debent, receptis peccuniis descriptis. Quod si dominus dux Janussius aut ipsi fideiussores sui tamquam principales cum ipsorum terrigenis aut successoribus non adimpleuerint, habebimus potestatem eos maledicendi, diffamandi, captiuandi, peccunias capitales et dampna in eorum ducatibus, dominiis et possessionibus repetendi, subditos ipsorum captiuandi terrasque ipsorum cremandi alijsque modis exquisitis conquirendi et expetendi, quibus consilijs et ingenijs possemus nobis aut regno nostro prodesse et ipsis obesse; quibus ipse dux Janussius cum Zathoriensi et Thossensi, ducibus et fratribus, ac eorum subditis et adherentibus contradicere aut se opponere sub fide et honore non debent. Insuper pro pixidibus duabus, wulgariter *puszkij*, debemus ex parte nostra in duos homines bonos et dux Janussius in alios duos arbitros compromittere et firmiter dicto ipsorum stare. Quod si ipsi quatuor arbitri non concordauerint, extunc superarbitrum, alias *oberban* (!), preclarum principem dominum ducem Conradum Nigrum, dominum Olesnyensem, ex vtraque elligemus et decreto ipsius firmiter stare debemus et volumus. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracovie feria secunda ante festum sancte Hedvigis 1456.

Relacio venerabilis Johannis Luthkonis de Brzesze, doctoris in vtroque, regni Polonie vicecancellarii.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XI. 241.

Oświecim miasto i

Wolek, Wołek, zamek zanikły?— w okręgu wadowickim w Galicyi.

Rokowania o przyłączenie księstwa oświecimskiego do Korony polskiéj toczyły się przez kilka lat. Już w 1451 r. miał ks. Janusz zrzec się swych posiadłośei na rzeez króla Kazimierza.

Janussius, dux Oswiecimensis, Casimiro regi resignat ducatum Oswieeimensem. A. 1451.—Inventarium pag. 230.

Wszelako prawdziwość tego faktu wydaje uam się bardzo wątpliwą. Najprzód bowiem Długosz nic o nim nie wspomina, powtóre trudno z nim pogodzić późniejsze zachowanie się

Janusza względem Polski, a nakoniec nie znajdujemy przyczyny, któraby Janusza już wtenczas do tego kroku skłonić mogła. Z opowiadania Długosza pod 1452 r. wnosimy, że tym dokumentem zobowiązał się Janusz wypłacić Piotrowi Szafrańcowi 2000 złp. za ochronienie jego księstwa od spustoszenia podczas wyprawy przeciwko Włodkowi z Berweltu, a wypłatę poręczył swemi posiadłościmi. Z téj okoliczności dopiero wypłynęły w dalszém następstwie poddanie się Janusza królowi Kazimierzowi i sprzedaż jego dziedzictwa. Rozjątrzony bowiem owém zobowiązaniem i nie mogąc go prawdopodobnie wypełnić, zaczął Janusz wspólnie z bratem swym Przemkiem niepokoić nadgraniczne okolice Polski i kupców krakowskich rozbijać. Piotr Szafraniec, który jego napady powściągał, zawarł z nim jeszcze w tym samym roku rozejm; atoli chcąc raz skończyć z niewygodnym sąsiadem, oblegli go Jan Szczekocki i Jan Kuropatwa w 1453 r. w Oświecimiu. Aby uniknąć ostateczności, poddał się wówczas Janusz dobrowolnie Polakom i przyobiecał prosić króla o przebaczenie, złożyć hołd i oddać w zastaw księstwo aż do czasu uiszezeuia kary pieniężnéj za krzywdy wyrządzone. Dług. ed. Przeźdz. XIV. 124, 149.

Littere Janussi ducis Oswiecimensis, quibus, obsessa Oswiecim ab exercitu Casimiri regis, culpam fatetur, eique se castrum et ducatum post aliquot dies dediturum promittit, tum quod regem deprecaturus in Litvaniam ibit, obtentaque venia vasallus et subditus perpetuus regis et coronae erit, cum omnibus terrigenis ducatus homagium praestabit die a rege praestituto, licebit regi peracta pecunia vel aequivalentibus donis castrum praefatum cum ducatu redimere, si vero non dabitur venia, castrum et ducatus debet restitui duci, praevia ab ipso solucione sexingentorum hungaricalium florenorum et quinquagiutorum florenorum pro militibus regis repositione, in casu vero non persolutionis harum summarum, rex et eorona castrum possidebunt in mille centum florenorum hungaricalium. Datum Cracoviae die Conversionis S. Pauli (25 Jan.) anno 1453.—Inv. pag. 230.

Odtąd Oświecim nie miał już wyjść z rąk polskich. Janusz bowiem nie tylko nie mógł zapłacić kontrybucyi, leez musiał nawet zaciągnąć pożyczkę u króla.

Idem recognoscit se mutuo accepisse a Casimiro rege centum florenos hungaricales, quos summae capitali in castro et oppido Oswiecim inscriptae adscribit. Datum Cracoviae die Ascensionis Domini (10 Maii) a. 1453.—Ibid.

W następnym zaś roku widział się ostatecznie zniewolonym odstąpić Polsce Oświeeim na własność, poczém stany tego księstwa złożyły królowi Kazimierzowi przysięgę poddańezą.

Nobilitas ducatus Oswiecimensis facta per Casimirum regem cum Janussio, duce Oswiecimensi, transactione et praefato ducatu pro certa summa per regem empto, regi et regno Poloniae fidelitatem profitetur. Petricoviae a. 1455.—Ibid.

W związku z tym faktem pozostaje prawdopodobnie wystawione przez króla w 1455 r. poświadczenie, że jest winien Januszowi 200 grzywien praskich.

Casimirus rex profitetur Janussio, duci Oswiecimensi, ducentas mareas grossorum pragensium nomine debiti se inscripsisse. Petrieoviae 1455.—Ibid.

Atoli sprawa ta, jak się zdaje, nie odrazu została załatwioną zupełnie, gdyż układy prowadzą się jeszcze w 1456 r., jak się pokazuje z dokumentów przywiedzionych w tym kodeksie pod Nr. XL, XLI, XLII, XLIII i XLIV. Wszelako wiadomo uam z Długosza, że już w tym czasie uważano księstwo oświecimskie za własność Korony polskiéj. Albowiem na zjeździe w Nowym Korczynie d. 15 października 1456 r. powierzono kilku panom polskim pewną sumę pieniędzy na zapłacenie należytości za księstwo oświecimskie, a król musiał przyrzec, że tego nabytku nigdy od Polski nie oderwie.— Dług. XIV. 234. Mimo to sprobował jeszcze Janusz w 1457 r. odzyskać Oświecim orężem. Korzystając z oddalenia się króla na Litwę i rozproszenia wojsk polskich, podstąpił pod Oświecim, a gdy go tam odparto, usadowiwszy się w zamku Wolku, dopuszczał się rozbojów w księstwie oświecimskiém i Polsce, aż go zebrane na prędce poczty panów polskich pod wodzą Jana z Tęczyna, wojewody krakowskiego,

nie obległy. Obawiając się wielkiego krwi rozlewu przy zdobywaniu mocno obwarowanego zamku, przystąpili Polacy znowu do układów; nie chcąc zaś, według słów Długosza, pozbawiać Janusza ojcowizny przemocą, przyrzekli mu wypłacić 20,000 grzywien gr. szerokich; poczém tenże zrzekł się uroczyście wszelkich praw do księstwa oświecimskiego.

Janussius, dux Oswiecimensis, in forma plenissima, oppidis et villis omnibus nominatim expressis, cum consensu fratrum suorum ducatum Oswiecimensem Casimiro regi et regno Poloniae quinquaginta milibus marcarum grossorum latorum pragensium, jure perpetuo vendit. Datum in Gliwice feria secunda ante festum S. Mathiae (21 Febr.) a. 1457.— Vol. leg. pag. 186. Sommersberg. Scr. rer. sil. I. 808.

LXI.

Sine loco, a. 1456 d. 15 Octobris.

Janussius, dux Oswiecimensis, condiciones vendendae terrae Oswiecimensis, a Casimiro rege latas, litteris reversalibus recipit.

Nos Janusius, Dei gracia etc., significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis: quomodo de certa nostra sciencia et consilio amicorum et fratrum nostrorum post multos et varios tractatus, cum serenissimo principe et domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie etc., domino nostro graciosissimo, pro terra Osweczymiensi castrisque Oswieczym et Volek habitos, infrascriptum contractum, ordine(m) et concordiam fecimus, ordinauimus, iniuimus et finaliter conclusimus.

Pars, hoc loco omissa, transcripta est mutatis mutandis ex litteris sub Nr. XL allatis.

Preclari vero duces domini Venceslaus et Przemek Tostensis, fratres nostri, vna cum terrigenis ipsorum, decem in numero ex hys infrascriptis, sine dolo et fraude notabilioribus nominibus et generosis: Michaele Nawogio de Elgoth, Samborio de Labuthij, Michaele cancellario de Sawerczij, Samborio Sbroslawskij, Johanne Caprzowskij, Vincencio Wylkowsky, Nicolao Crzysthek de Szemijethijcz, Johanne Crzystek de Szementicz, Procopio de Swanthoszowycze, Johanne de Czathawa, Nicolao Gaszyczskij de Wyelawijesch, Johanne de Blaszeyawycze, Michaele de Sczywyeczskij, debebunt spondere et promittere sub fide et honore ac penis infrascriptis in omnibus clausulis et condicionibus, omnibus coloribus, quibus nobis prodesse et sue serenitati aut regno Polonie obesse

possemus, cessantibus et proculmotis, tenebimus, seruabimus, implebimus ac firmiter sine dolo et fraude et sine quauis mora et contradiccione custodiemus, condescendemus et obseruabimus, pro quibus sue serenitati dicti domini duces Venceslaus Sathormensis (!) et Przemek Tostensis principales se ponere suis litteris certos et indubitatos manu coniuncta debent fideiussores.

Reliqua transcripta sunt mutatis mutandis ex litteris sub Nr. XL allatis.

Dokument zapisany w Metr. Kor. ks. XI. fol. 291.

LXII.

Cracoviae, a. 1456 d. 15 Octobris.

Janussius, dux Oswiecimensis, Casimiro, regi Polonie, ducatum suum vendit.

Nos Janussius, Dei gracia dux Oswanczimiensis, recognoscimus pro nobis et successoribus nostris, tenore presencium significantes, quibus expedit, vniuersis: quomodo serenissimo principi domino Kazimiro, Dei gracia regi Polonie, magno duci Lythwanie, Russie Prussieque domino et heredi etc., domino nostro gracioso, ac inclito regno Polonie, matura inter se deliberacione prehabita, pluriumque ad hoc principum, ecclesiasticorum et temporalium, fratrum, amicorum nonnullorumque fidelium ac subditorum nostrorum accedente consilio, non astricti neque aliqua oppressione impetiti, terram nostram Oswanczimiensem, prout in suis graniciebus est distincta et limitata, cum castris Osswanczim et Volek alijsque ciuitatibus, fortalicijs, possessionibus, curijs et villis, quomodolibet in dicta terra Oswanczimiensi locatis ac locandis, constructis et construendis, ac eorundem vtilitatibus et obuencionibus, generaliter vniuersis, et signanter omni iure, proprietate, sorte et porcione et dominio, mero et mixto, directo et vtili, quod in ipsa terra Osswanczimiensi et eius possessionibus ad nos quomodolibet spectare dinoscebatur et prout solimet habuimus et tenuimus, nihil iurium et proprietatis pro se et nostris successoribus

in eisdem reseruantes, vero et legitimo titulo vendicionis pro CCCC florenis hungaricalibus, auri puri et iusti ponderis, vendidimus presentibusque vendimus et resignamus perpetua et irreuocabili resignacione perpetuisque temporibus ac euiternis. Ideo nos erga prefatum serenissimum dominum Kazimirum regem et regnum sue serenitatisque successores terre prefate Osswanczimiensis castrorumque Oswanczym et Wolek ac omnium hereditatum siue porcionum hereditariarum singularumque successionum siue deuolucionum, que nobis iure paterno siue materno in eadem terra Osswanczimiensi competissent ac competerent ad nosque dicto iure quoque aliunde deuolute fuissent, quibuscunque nominibus censeantur et vocitentur, totaliter cedimus et renunciamus presencium per tenorem, promittentes et spondentes sub fide et honore nostris, quod neque nos, neque heredes siue posteri aut proximiores nostri occasione premissorum gratia prefatum serenissimum dominum regem sueque serenitatis successores ac regnum Polonie nullo vnquam tempore aliquam accionem siue questionem iudicialem siue extraiudicium habere seu monere volumus aut debemus; sed dictam terram Osswanczimiensem cum eiusdem attinencijs et obuencionibus alysque rebus, mobilibus et immobilibus, eo modo et ordine, quemadmodum nos tenuimus et habuimus, prefatus dominus rex et sui successores regnumque Polonie libere possidere, vtifrui ac potiri possint et valeant pro ipsorum libito et voluntate perpetuisque temporibus ac euiternis absque nostro heredumque nostrorum siue proximorum quouis impedimento. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Actum et datum Cracovie feria sexta in die Hedwigis anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Dokument zapisany w Metr. Kor. ks. XI, fol. 295.

XLIII.

Cracoviae, a. 1456 d. 15 Octobris *).

Venceslaus Zatoriensis, Premislaus Toscensis, duces, nobilitasque Silesiae de servanda pactione, qua terra Oswiecimiensis a Janussio duce regno Poloniae venditur, cavent.

Nos Wenceslaus Zathoriensis et Przemek Tostensis, duces, Michael Nawogy de Elgoth, Schambor de Labuthy, Michael cancellarius de Zawyercze, Samborius Sbroslawsky, Vincencius Wilkowsky, Johannes Campczowsky, Nicolaus Crzipek (!) de Zementhicz, Johannes Crzistek de Zementhicz, Procopius de Swanthowicz et Johannes de Czanthawa, manu coniuncta et indivisa et tanquam principales fideiussores, significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis: quomodo preclarus princeps dominus Janussius, dux Osswanczimiensis, de certa sua sciencia et voluntate, animo beniuolo (!), occasione terre Osswanczimiensis et castrorum Osszwanczim et Wolek cum serenissimo principe domino et domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Lithwanie, Russie Prussieque domino et herede etc., domino nostro gracioso, talem fecit et ordinauit contractum et concordiam.

Pars, quae hic sequitur, transcripta est mutatis mutandis ex litteris sub N. XL allatis.

Quod si predicta omnia et singula aut aliqua ex eis prefatus dux Janussius aut nos fideiussores suprascripti aut successores nostri non adimpleuerimus, siue non adimpleuerint, extunc regia maiestas et domini regni Polonie habebunt omnimodam potestatem et plenariam facultatem nos aut nostros successores maledi-

*) Niniejszy dokument, jako też dwa poprzednie, wciągnięto do Metryki kor. z opuszczeniem daty. Z dokumentów odnoszących się do sprzedaży księstwa oświecimskiego ma ten, który je w Metr. kor. poprzedza (nr. XL), datę d. 11 października, a następujący po nich (nr. XLIV) datowany jest d. 15 października. Ponieważ zaś tamten wpisała inna, a ten ta sama ręka, co owe trzy niedatowane, przeto przyjętą tu dla nich została data tego ostatniego.

cendi, diffamandi, captiuandi, peccunias capitales et dampna in nostris ducatibus, dominijs et possessionibus repetendi subditosque nostros captiuandi terrasque civitates et villas et alia bona cremandi ac incinerandi alijsque modis et vijs exquisitis, quibus sua serenitas et regnum Polonie eis prodessent nobis obesse (!), conquirendi et expettendi, ad quam conquisicionem et reppeticionem dictorum dampnorum simul cum peccunia capitali nos prefati fideiussores vna cum domino duce Janussio ac nobis ac sibi adherentibus non opponemus seu quouis modo contradicemus sub fide et honore nostris. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum.

Dokument zapisany w Metr. Kor. ks. XI, fol 296.

XLIV.

Cracoviae, a. 1456 d. 15 Octobris.

Casimirus, rex Poloniae, cum Nicolao Schlop de Dubowice, capitaneo Oswiecimensi, de terra Oswiecimensi castrisque ulterius tenendis agit.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo de certa nostra sciencia et consiliariorum nostrorum consilio cum strenuo Nicolao, alias marszalek de Dubowyecz, capitaneo Oswyanczimiensi pro vlteriori tenuta terre Osswanczimiensis et castrorum Oswanczim et Volek contractum et modum infrascriptos fecimus, ordinauimus et presentibus ordinamus. Inprimis, quod ipse marschalcus predictus terram Oszwyacimiensem cum castris Oswanczim et Volek tali ordine tenebit et servabit, si summas peccuniarum preclaro domino duci Janussio Oswanczimiensi, fratri nostro, per nos sibi et fideiussores nostros obligatarum et in literis nostris et fide-

iussorum nostrorum infrascriptorum, super feriam quartam Cinerum, proxime venturam, non soluerimus aut soluere neglexerimus; extunc idem marschalcus eodem die Cinerum de terra Oswancimiensi et castris Oswanczim et Volek dicto domino duci Janussio, receptis omnibus literis nostris et fideiussorum nostrorum videlicet: castellani Cracoviensis et aliorum suorum collegarum, ac circa Volek literas confectas (!) alijsque literis, in contentibus et ordinacionibus nostris dicto Janussio duci datis ac in eiusdem domini Janussij ducis expressis, receptis, condescendat et dabit in tenutam iuxta vim et formam literarum nostrarum, sibi duci Janussio per nos concessarum, assignabit nomine et mandatis nostris. Casu autem, quo summas peccuniarum, in literis nostris et fideiussorum nostrorum contentas, super feriam quartam Cinerum ipsi duci Janussio soluerimus aut nomine et mandato nostris solute fuerint; extunc idem Nicolaus marsalcus dictam terram Oswanczimiensem cum castris Oswanczim et Volek ad dominicam Oculi proximam inclusiue tenebitur et obligabitur, tanquam capitaneus noster, tenere et presentibus tenebit et possidebit. Nos vero vlterius in crastino dominice Oculi predicte pollicemur et tenebimur dictam terram Oszwanczimiensem cum castris Oszwanczim et Volek ab eo recipere et alium capitaneum loco sui preficere, instituere et dare. Quod si hec non adimpleuerimus aut adimplere non curauerimus; extunc similiter marsalcus (!) qualibet septimana pro vlteriori tenuta decem marcas dabimus et presentibus dare obligabimur pro conseruacione dicte terre Oswancimiensis et castris Oswanczim et Volek, que nichilominus tenebit, vt premisimus, cum omnibus prouentibus et vtilitatibus eorundem et prout famosi Johannes Thesnar et Johannes Swamczar et ciues de Cracovia et zupparij nostri Jelcusienses ad racionem dictarum zupparum et arende nostre ducentas octuaginta marcas singulis annis dare et soluere nobis obligantur, easdem ducentas octoginta marcas sibi damus et assignamus, quas in parte, prout solus ab eisdem recognouit, recepit et leuauit. Ex quibus triginta marcis ad festum Symonis et Jude, proxime venturum, sibi dicti zupparij dare tenentur et obligati sunt, residuitatem dicte summe, prout racio ministrabit, ad festum Pasce, proxime venturum, dabunt et persoluant. Quod si hec non fecerint aut soluere neglexerint, extunc

dampna omnia, quecunque exinde fuerint secuta, siue magna, siue parwa, nostra reputabuntur et esse debebunt; que omnia dampna cum capitali peccunia soluere et implere tenebuntur et presentibus verbo nostro regio obligamur. Et si, quod absit, premissa soluere non curauerimus, extunc idem Nicolaus marsalcus et sui successores legittimi poterint (!) nos et nostros subditos monere, inquietare et impedire. Et si aliqua bella in predicta terra Oswancimiensi non per causam aut accionem suas exorta fuerint, sibi succurrere et auxilium et opem ferre debemus. Et si, quod absit, dictus marsalcus in captiuitatem aliquam pro nobis legitime incurrerit, de eadem ipsum eliberare volumus et spondemus. Insuper pro meliori sustentacione dictorum castrorum Oswanczim et Volek centum mensuras siliginis pro festo Natalis Domini, proxime affuturo, dare promittimus et pollicemur. Insuper, si dictus marsalcus Nicolaus ad nos aliquas magne importacionis legaciones fecerit aut circa solucionem peccuniarum, per nos dicto duci Janussio obligatarum, fiendam se proprijs sumptibus fatigauerit; illos moderatorie tamen sibi soluemus et reponemus. Que omnia suprascripta promittimus verbo nostro regio adimplere et ad effectum deducere absque omni mora et contradictione. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum, testimonio literarum. Datum Cracovie feria sexta in die Hedwigis anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto per manus venerabilis Johannis Lutkonis de Brzesze, regni Polonie vicecancellarii.

Sub simili forma predictus marsalcus Schlop inscripsit se regi.

Dokument zapisany w Metr. Kor. ks. XI, fol. 300.

XLV.

Ratibor, a. 1457 d. 26 Junii.

Margaretha, ducissa Ratiboriensis, annuas inducias cum Casimiro, rege Poloniae, facit.

Margareta, Dei gracia ducissa Ratiboriensis etc., significamus tenore presencium vniuersis: quod cum serenissimo principe domino et domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Lythwanie, Rusie et Prusie domino, eiusque regno Polonie sufe-rencias et treugas pacis christianicas, inter nos et ducatus nostri subditos, tam spirituales, quam seculares, nobilesque terrigenas, subditos, adherentes et coadiutores ducatus nostri et nostros et prefatum serenissimum dominum regem ipsiusque regni barones, nobiles, tam spirituales, quam seculares, ac coadiutores ipsius et cum gwerae adherentibus infra hinc et festum sancti Johannis Baptiste, quod erit de anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo inclusiue, duraturas, confecimus, acceptauimus et iniuimus presenciumque tenore inimus, acceptamus et conficimus, qualibet hostilitatis et inimicicie suspicione de medio sublata. Quibus quidem treugis stantibus, prefatus dominus rex et ipsius barones, terrigene et subditi non debent aliqua dampna et impedimenta nostri ducatus (!) et bonis, terrigenis quoque et subditis nostris inferre, nec aliquas diferencias et disensiones suscitare, sed nec quibuscunque hostibus nostris per se uel personas submissas quoquo modo, publice uel oculte, directe uel indirecte aut alio quouis quesito colore aliqua subsidia, consilia, auxilia et fauores facere et praestare, neque hostibus nostris per terras et bona regni Polonie liberum transitum aut aliquam recollectionem, hospicia uel descensus praebere seu aliquas prouisiones, victualia et necessaria dare, sed prohibere pro uiribus et omnes vias et transitus ipsis precludere. Et e conuerso nos ipsi domino regi tenere et adimplere submittimus et presertim istis de Zebracze, widelicet Kawcze et Swyeborowsky, nulla auxilia et subsidia prestare volumus. Si autem aliquis de terra nostri ducatus, vsus re-

bellione et proprie innixus voluntati, in regno Polonie aliqua dampna interim faceret aut facere committereque auderet, illa in conuencione, pro festo sancti Nicolai proximo uel in Bandzin uel in Bitom per prefatum dominum regem et nos instituenda et tenenda, reformari debent; propter hoc tamen treuge huiusmodi non sint in aliquo violande, infringende uel ledende, sed debent nichilominus in suo robore et firmitate permanere. Quas et nos firmiter et inuiolabiliter tenere et obseruare in omnibus capitulis, clausulis, condicionibus atque punctis sine dolo et fraude sub fide nostra volumus et promittimus. Harum, quibus sigillum nostrum est impressum, testimonio litterarum. Datum Ratibor die dominico post festum sancti Johannis Baptiste anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Oryginał na papierze, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 115, szeroki 31, wysoki 22 centymetry.

Pieczęć, na nim wyciśnięta, pokruszona.

Żebracze — góra pod Oświecimem, oszańcowana przez kupę zaciężnych, pozostającą pod wodzą Kawki i Świeborowskiego. Dług. ed. Przeźdz. XIV. 250.

Małgorzata, wdowa po Wacławie, ks. raciborskim († 1456 r.), była córką Wincentego z Szamotuł, kasztelana międzyrzeckiego.

XLVI.

Czwilin, a. 1457 d. 29 Junii.

Barbara, vidua Nicolai, ducis Ratiboriensis et Plessnensis, et Johannes, filius eiusdem, inducias annuas cum Casimiro, rege Poloniae, paciscuntur.

Nos Barbara, Dei gracia relicta olym preclari principis domini Nicolai, ducis Ratiboriensis et Plessnensis etc., et Hanusch, de eadem gracia filius pretacti ducis Nicolai, dux Oppawiensis et Ratiboriensis etc., Paschko Brodeczsky, capitaneus Plessnensis, Petrus Boyssowsky, Mathias Zitynsky, Waczlawko, capitaneus Ribnicensis, et Wawrzko de Giedlownik significamus tenore presencium vniuersis: quod cum serenissimo principe domino Kazi-

miro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Littuanie, Russie domino et heredi (!) Prussie, totoque regno Polonie et nostris nominibus sufferencias et treugas pacis christianicas, inter nos et prefatum dominum regem et regnum Polonie et prelatos, tam spirituales, quam seculares, et barones nobilesque terigenas, subditos et adherentes et coadiutores prefati regni Polonie, ducatus et dominia Littuanie, Russie et Prusie cum ipsorum subditis et bonis, tam spiritualibus, quam secularibus, infra hinc et festum sancti Johannis Baptiste, quod erit de anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, inclusiue duraturas, conficimus, acceptauimus presenciumque tenore inimus, acceptamus et conficimus, qualibet hostilitatis et inimicicie suspicione de medio sublata. Quibus quidem treugis stantibus, prefatus dominus rex regnumque Polonie, ducatus Littuanie, Russie, dominia Prusie eorumque terrigene et subditi non debent aliqua dampna et impedimenta ducatibus nostris, videlicet Krnowiensi, Ribniczensi et Plesnensi, et bonis terrigenisque et subditis nostris inferre, nec aliquas differencias et dissensiones suscitare; sed nec quibuscunque hostibus nostris per se uel personas submissas quocunque modo, publice uel occulte, directe vel indirecte aut alio quesito quouis colore aliqua consilia, subsidia, auxilia et fauores facere et prestare, neque quibuscunque hostibus nostris et alijs, qui in subsidium ipsis essent venturi, per prefatum regnum, ducatus, dominia Littuanie, Russie et Prusie et bona eorum liberum transitum ac aliquam recollecciones, hospicia uel descensus prebere, seu aliquas promissiones (!) victualia et necessaria, et eos duci vel inferri perducere (!) permittere, sed prohibere pro viribus, et omnes vias et transitus ipsis precludere. Et e conuerso prefato domino regi totoque (!) regno Polonie, ducatus (!) et dominia pretacta (!) previsa tenere et adimplere volumus et submittimus. Si autem aliquis de ducatibus et dominijs nostris, vsus rebellione et proprie inixius (!) voluntati, in prefato regno ducatus (!) et dominijs ipsorum aliqua dampna interim faceret ac auderet, illa in convencione, pro festo sancti Nicolai proximo in Bandzin uel in Bitom per nos uel nostros instituenda, tenenda, reformari debent; propter hoc tamen treuge huiusmodi non sunt in aliquo violande, infringende uel ledende, sed debent nichilominus in suo robore et firmitate permanere, quas et nos firmiter et

inviolabiliter tenere et obseruare volumus in omnibus capitulis, clausulis, condicionibus atque punctis sine dolo et fraude, sub fide et honore nostris volumus et promittimus. Harum, quibus sigilla nostra sunt inpressa, testimonio litterarum. Datum Czwilin die sanctorum Petri et Pauli apostolorum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

(L. S.) Brodeczsky, Boyssow, Zytinsky, Waczlawek, Wawrzek.

Oryginał na papierze, zachowany w Arch. Głównóm pod N. 114, szerok. 31, dług. 21 centymetr.

Po wyciśniętych na nim *pieczęciach*, jednéj książęcéj i pięciu herbowych, pozostały ślady.

Barbara z domu Rokemberg, wdowa po Wilhelmie i Jerzym Orientach, mieszczanach krakowskich, poślubiła Mikołaja, księcia na Kirnowie (Jägerndorf), w 1451 r. Um. po 1462 r. Grotef. Stammtaf.

Czwilin, dziś Fürstenwalde na Szląsku austryackim.

XLVII.

Teschin, a. 1457 d. 1 Julii.

Venceslaus et Premislaus, duces Teschinenses, cum Casimiro, rege Poloniae, inducias annuas faciunt.

Wenceslaus et Przemislaus, Dei gracia germani duces Teschinenses etc., significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis: quod cum serenissimo principi (!) et domino Kazimiro, Dei gracia regi Polonie, magno duci Lythwanie, heredi Russie et domino Prussie etc., nec non regnum (!) Polonie et reverendo in Christo patre, domino Thoma episcopo magnificisque dominis: domino Johanne de Czizow, castellano et capitaneo, Johanne de Thanczyn, pallatino Crakowiensi, Nicolao de Zakrzew, Wisliciensi, Gregorio de Branijcze, Radomiensi, et Johanne de Bobrek, Beczensi, castellanis, non per errorem aut inprouide, sed ex certa nostra sciencia et speciali voluntate inter nos et ducatum nostrum et bona terri-

genas homines et subditos, spirituales et seculares, et adherentes coadiutoresque ducatus nostri et prefatum dominum regem et regnum Polonie et prelatos, spirituales et seculares, barones nobilesque terrigenas, subditos ac coadiutores eorum et ipsis adherentes infra hinc ad festum sancti Johannis Baptiste, quod erit de anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, inclusiue duraturas*) confecimus, acceptavimus et inivimus presenciumque tenore inimus, acceptamus et conficimus, qualibet hostilitatis et inimicicie suspicione de medio sublata. Quibus stantibus, prefatus dominus rex et prenotati domini et eorum terrigene et subditi non debent aliqua dampna aut impedimenta nostri ducatus (!) et bonis et subditis eius inferre, nec aliquas differencias et dissensiones suscitare, sed nec quibuscumque hostibus per se vel personas submissas quoquo modo, publice vel occulte, directe vel indirecte, aut alio quouis quesito colore aliqua subsidia, auxilia et fauores facere et prestare, neque eisdem hostibus nostris et alijs, qui in subsidium ipsis venturi essent, per terras et bona dominiaque eorum liberum transitum aut aliquam recolleccionem vel hospicia prebere, seu aliquas provisiones, victualia et necessaria ad eos duci vel inferri permittere, sed prohibere pro viribus eorum et omnes vias et transitus ipsis precludere. Et e conuerso nos ipsis premissa tenere et adimplere volumus et submittimus iuxta potestatem nostram. Si autem aliquis de ducatu nostro et nostris, vsus rebellione et proprie innixus voluntati, aliqua dampna in regno Polonie dominiisque eorundem et terrigenarum ipsorum interim faceret aut committeret facereque aut committere auderet, illa in conuencione, pro festo sancti Nicolai proximo vel in Bandzen vel in Bythom per nos instituenda et tenenda, reformari debent; propter hoc tamen trewge huiusmodi non sunt in aliquo violande, infringende vel ledende, sed debent nichilominus in suo robore et firmitate permanere, quas et nos firmiter et inviolabiliter iuxta contractum et colloquia, per illustrem principem ducem Conradum Ollesnicensem et Cozelensem nuper Cracovie factum, tenere et obseruare in omnibus capitulis, clausulis, condicionibus atque punctis sine fraude et dolo, sub fide et honore nostris, volumus

*) Opuszczono: treugas pacis.

et promittimus. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est subimpressum, testimonio litterarum. Datum Tesschin feria sexta in vigilia Visitacionis Marie virginis gloriose anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Oryginał na papierze, zachowany w Arch. Głównėm pod Nr. 116, szerok. 31, długości 33 centymetrów.

Po wyciśniętych na nim dwóch *pięczęciach* pozostały ślady.

XLVIII.

Viennae, a. 1457 d. 8 Augusti.

Ladislaus, rex Hungariae et Bohemiae, Casimirum, regem Poloniae, precatur, ut dotem Margarethae, uxori Conradi Olesnensis, solvendam curet.

Ladislaus, Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Austrie dux et Morauie marchio etc., serenissimo principi domino Kazimiro, eadem gracia regi Polonie, magno duci Littwanie heredique Russie, affini et fratri nostro carissimo, salutem et fraterne dilectionis continuum incrementum. Serenissime princeps! Nupsit superioribus temporibus illustri Conrado Nigro, duci Slesie et in Olsna, consaguineo fideli nostro dilecto, illustris princeps Margarita, nata ex illustribus principibus, Masouie ducibus, pro qua orbata patre, ex quo sola superuixerat, illustris princeps dux Masouie, patruus eius, dotem promisit, qui ea non soluta, superstitibus sibi duobus filiis impuberibus, etiam mortuus est; fueruntque tutores ipsis filiis impuberibus reuerendus in Christo pater Paulus, episcopus Plocensis, et magnifici: Prandotha de Zelazny, Plocensis, et Johannes de Neborowo, Belzensis, palatini, ac Ninugneus de Crisko, iudex Wissegradensis, et Golias, marscalcus, qui eidem duci Conrado dotem, a patruo Margarite promissam, se velle soluere iterato promiserunt, pro qua soluenda etiam prius fideiusserant, sed, ut ab ipso Conrado accipimus, qui de tutoribus supranominatis conqueritur, tutores ipsi prouisioni eorum, etiam multociens requisiti, minime satisfecerunt, ob quam rem dampnificatum valde se Conradus dicit et continuo damna non mediocra pati; quia, rebus his sic se habentibus, dux Conradus contra ius et omnem equitatem dampnificatur. Cui nos ob eius virtutem et firmam erga nos fidem et obsequia non damna, sed comoditates plurimas prouenire vellemus; ideo rogamus fraternitatem vestram, ut iusticie et nostro intuitu cum effectu curare et effici mandare velitis, vt promissionem suam antedicti tutores Conrado plene et sine mora adimpleant, ac etiam ipsis Conrado et Margarite sine dilatione iusticia integre ministretur in omnibus bonis iuribus et rebus, que ipsi Margarite prefati impubueres (!), eius patrueles, vel alius quicunque ex quauis causa debent. In hoc enim et, si iustum sit, quod petimus, multum nobis vestra fraternitas complacebit, nam gratum nobis erit, quod in iuribus suis nostri subditi non ledantur ac senciant in vestris dominijs iusticiam eis non denegari, vbi ob magnam inter nos necessitudinem ac dilectionem fauores precipuos se merito existimant invenire. Datum Wienne die octaua Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. ks. XI. 327.

Małgorzata, żona Konrada Czarnego, księcia oleśnickiego, była córką Ziemowita V, księcia mazowieckiego. Um. 5 maja 1483 r. Grotef. Stammt.

XLIX.

Bithom, a. 1458 d. 25 Januarii.

Premislaus, dux Tostensis, controversiam inter Casimirum, regem Poloniae, et Janussium, ducem Oswiecimensem, militesque mercenarios dirimit.

Premislaus, Dei gracia dux Osswyanczimiensis et dominus Toschensis etc., recognoscimus tenore presencium vniuersis, presentes visuris, lecturis et audituris: quemadmodum controuersie, lites et gwerre fuerint exorte ac durabant inter serenissimum principem dominum Kazimirum, Dei gracia regem Polonie etc., domi-

num nostrum graciosissimum, ab vna—et preclarum principem ducem Hanussium Osswyaczimiensem et hominum seruilium (!), qui apud suam serenitatem in terris Prussie fuerint in seruicio, ab altera—partibus, qui fortalicia obsederunt, nomine Myslouicze, Zebracze et Vapyenna Gora, et in hoc negocio auisati sumus per serenissimum principem regem Polonie etc., dominum nostrum graciosum, et eciam dux Hanussius nos affectabat cum prescriptis hominibus seruilibus, ut suc serenitati et ipsis terminum concordie in Bithom ponerемus. Et dum Bythom venimus, tunc inter prefatas partes ambulauimus ipsosque concordare voluimus eorum cum bona voluntate. Et dum cognouimus, quod eos nullo modo concordare potuimus, iamque illud per nos fuerat dimissum, tandem deliberacione facta nos parte ex utraque affectabant, vt ab eis vigorem et potestatem decernendi et sentenciandi caperemus, sentenciam ut ipsis exprimeremus nosque ad peticiones magnificorum dominorum et generosorum: domini Nicolai de Brzeszie, marschalci regni Polonie, et domini Nicolai Pyenansek de Vithovicze, capitanci Cracouiensis, et domini Johannis Synowiecz de Zandowicze, capitanei Osswyanczimiensis, nec non domini Stephani de Pogorziczc, tenutary in Bandzen, et eciam preclari principis ducis Hanussij et hominum seruilium, nos in edictum nostrum et potestatem sentenciandi accepimus, considerantes dampna peracta, que imposterius peragi poterant, sic praelibatas discordias, controuersias et gwerras modo infrascripto edicto a sentencia edicimus et amicabiliter componimus. Item primo serenissimus dominus rex debet dare et soluere triginta et quinque milia florenorum duci Hanussio et hominibus seruilibus pro ipsorum seruicio et pro dampnis. Pro quarum peccuniarum solucione serenissimus dominus rex se debet cauere et fideiubere et inscribere supra tempora infrascripta iuxta copiam extraditam, ita diuisim videlicet: vna pars florenis bonis hungaricis, altera bona moneta Cracouiensi, tercia mercancijs; et ita compleri solucio debet summe triginta et quinque milium florenorum. Et littera fideiussorialis supra has peccunias debet reponi apud nos in Thosek ante festum Pasche et littere pro dampnis et quittaciones et recogniciones, quas supra dominum regem haberent, supra dictum tempus poni debent et eciam omnes litterc, si que forent pertinentes ad hanc so-

lucionem, vt sint mortificate et nullum habeant vigorem. Item prima solucio harum peccuniarum fieri debet supra festum sancti Georgij, proxime venturum, vndecim milia florenorum ita diuisim videlicet: vna pars florenis, alia moneta Cracouiensi et tercia mercancijs vsitatis. Ad quas mercancias dux Hanussius dirigere debet quatuor aut sex personas aut seruitores et dominus rex debet eos saluo conductu assecurare aut domini Polonic. Et dum mercancie huiusmodi inter eos forent composite, tunc dominus rex aut domini has mercancias cum peccunijs in Bandzen supra suum dampnum debent conducere, et de Bandzen vtraque pars peccunias et mercancias conducere debent, easdemque peccunias cum mercancijs apud Stanislaum Rudsky et Johannem, fratrem eius, ad fideles manus reponere debent; et nos nostros seruitores, dominus rex suos et dux Hanussius suos ad id dirigere debemus. Et dum sic, ut prefertur, peccunie cum mercancijs fuerint reposite, tunc post hoc, quarta die post festum sancti Georgij, Mislouicze et Zebraczc debent cremari et destrui; bona et ea, in qua terra iacent, ad illam pertinere debent, cuius fuerunt, ad illum se tenere debent; et Wapyenna Gora illa debet eodem die condescendi domino Pyenyansek, capitaneo Cracouiensi, et dum hec ita fiant completa, statim Rudsky duci Hanussio et hominibus seruilibus has mercancias cum peccunijs dari debent (!). Item alie peccunie secunde, videlicet vndecim milia florenorum, supra festum sancti Martini, proxime futurum, debent solui eodem modo et posicione, prout supra festum sancti Georgij. Vltime vero peccunie, videlicet tredecim milia florenorum, supra festum sancti Johannis Baptiste post festum sancti Martini, proxime venturum, per dominum regem aut dominos Polonie dari et solui debent eodem modo et posicione, prout prime et secunde peccunie, videlicet florenis, moneta Cracouiensi et mercancijs. Item, vt omnes captiui, qui durante hac lite et gwerra fuerunt detenti, illi abs omni contradiccione et dolo debent esse soluti, dum prime peccunie fuerunt solute, et hoc ita, ut omnes captiui terminum habeant ad festum sancti Georgij, et quibus aliqua presencium credere nollet, dux Hanussius pro suis et dominus capitaneus Cracouiensis pro suis usque ad tempus predictum compromittatur. Item pro Caplini, qui recepit solucionem supra centum quinquaginta et sex equos, duos pedites pro vno equite compu-

tando, ita edicimus, ut personas, supra quas idem Caplini recipit solucionem, coram duce Hanussio statueret, qui se ad id recognosceret et dux Hanussius cum alijs bonis hominibus debet dare recognicionem littera, sigillo proprio et bonorum hominum sigillata, et Caplini quittare debet et cum omnibus, qui habent propria sigilla eiusdem comitiue. Inquantum vero dominus rex aliquando foret amonitus (!) pro eisdem peccunijs, quas recepit Caplini pro sua comitiua, illud Caplini debet prouidere, ne dominus rex admoneretur. Item dux Hanussius et homines seruiles debent tenere fortalicia modo tali, quecunque omagia ad festum Pasche habent, illis vti debent. Quibus vero omagia expirarent in quibuscunque districtibus, quos prius in omagio habuerunt, tunc officiales illorum districtum (!) debent demandare, extradere omagia modo tali, prout prius, quantum supra ebdomadas ad festum Pasche deueniat computando. Inquantum vero homines nollent obedire suis officialibus in hoc, quod huiusmodi omagia extraderent, tunc illi de fortalicijs debent eos inducere ad soluendum sine ignis incendio. Et hijs omagijs fortalicia seruare debent usque ad festum sancti Georgij et nullo alio modo homines vexare debebunt. Inquantum vero aliquod dampnum uel impedimentum foret commissum parte ex utraque, quod testimonio nobis foret cognitum, illud debet solui dupliciter iuxta nostram informacionem. Item soluciones, que facte fuerunt supra festum sancti Georgij et tempora descripta, debent quittari, quelibet quittacio septem sigillis ducis Hanussij et aliorum bonorum hominum sigillari. Item omnes inimicicie, ire, lites et odia, exorte hijs gwerris durantibus ex utraque parte, non debent memorari, et dominus rex et tota corona regni Polonie duci Hanussio et hominibus seruilibus nunc et in futuris nullo modo memorari. Item edicimus, Maczeij Osorowsky a captiuitate debet fieri solutus. Item dominus rex debet promittere littera sue serenitatis duci Hanussio omnes captiuos et harum comitiuarum, qui in terris Prussie sunt in captiuitate, eliberare in decursu vnius anni, pro qua dominus marschalcus et dominus capitaneus Cracouiensis compromittere debent, quod dominus rex supra hoc litteram dabit. Item post quartalem prima solucio complebitur et fortaliciorum condescensio. Post hoc dux Hanussius cum hys seruilibus hominibus aduersus dominum regem non debent fieri per vnum mensem et iam in regno Polonie et partibus Slesie non debet fieri vexacio, nec dampnorum illacio, signanter in vys et semitis, vt homines vtrarumque partium de regno Polonie et viceuersa de partibus Slesie et dux Hanussius cum suis seruitoribus et hy homines seruiles possunt et debent quiete et libere spaciari et pergere, vbi eis fuerit oportunum. Item domini Polonie in personam domini regis debent compromittere, hys nouis fortalicijs nullo modo nocere usque ad condescensionem eorum, et dux Hanussius cum hys hominibus bonis eciam non debet nocere. Item eciam edicimus, si duci Hanussio et hys hominibus seruilibus peccunie forent date et solute ante tempus prescriptum modo et posicione suprascriptis, tunc ipsi abs omni contradictione fortalicia condescendere debent. Item, vt omnes articuli scripti rate et firme et inviolabiliter modo suprascripto sub vadio decem milium florenorum iam vallato seruarentur et tenerentur. Et dum solucio duci Hanussio et hominibus seruilibus foret completa, tunc circa solucionem vltimarum peccuniarum dux Hanussius et homines seruiles litteram capitalem debent dare et ponere in manus Rudzszkich et Rudzskij dominis Polonie. In cuius rei testimonium nos suprascriptus Premislaus sigillum nostrum imprimere iussimus. Datum in Bithom feria quarta ipso die Conuersionis sancti Pauli anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XI, 360.

Kupy zaciężnych, złożone z Czechów, Polaków i Szlązaków, nie otrzymawszy żołdu za udział w wojnie pruskiéj, oszańcowały się w 1457 r. pod wodzą dwóch partyzantów, Wacława Kawki i Mikołaja Świeborowskiego, na górze Żebrakach pod Oświecimiem, a następnie usadowiły się także w Mysłowicach i na Wapiennéj Górze pod Dobrzycami i z tych trzech punktów podejmowały rozbójnicze napady na księstwo oświecimskie i Polskę. Przyłączył się do nich Janusz ks. oświecimski, spodziewając się, że z ich pomocą zdoła odebrać Polakom dawne swoje posiadłości. Wyprawiono przeciw nim pospolite ruszenie małopolskie po nieudaniu się przypuszczonego do Mysłowic szturmu rozeszło się do domów, nic nie sprawiwszy. Rozzuchwaleni tym pomyślnym obrotem rzeczy, zerwali zaciężni układy, które w imieniu króla Kazimierza prowadził ks. oleśnicki Konrad, a ks. Janusz, wpadłszy do Polski, spalił Kłobucko. Po stronie polskiéj poprzestać teraz musiano na strzeżeniu granic, którego się podjęli Jan z Czyżowa, Jan z Tenczyna i Przedbor Koniecpolski. Nic przeszkodziło to jednakże załogom Żebraków i Wapiennéj Góry napaść i zrabować w roku następnym Mysłowice. Dopiero pośrednictwo ks. toszczyńskiego Przemka stłumiło ostatecznie to zarzewie wojenne.— Dług. ed. Przeźdz. XIV. 250, 262.

L.

Bithom, a. 1458 d. 25 Januarii.

Casimirus, rex Poloniae, Janussio, duci Oswiecimensi, et militibus conducticiis, qui eum in bello Pruthenico adiuverant, triginta quinque milia florenorum se soluturum promittit.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., debitor principalis summarum infrascriptarum, et cum omnibus nostris subditis, et nos Thomas, Dei gracia episcopus Cracouiensis, Johannes de Cziszow, castellanus, et Johannes de Thanczin, palatinus Cracouiensis, Nicolaus de Brzeszie, marscalcus regni Polonie, Predborius de Konyeczpole, Sandomiriensis, Preczlaus de Kuroszvanky, Lublinensis, Johannes Ligasza, Beccensis, castellani, Andreas de Thanczyn, Nicolaus de Withouicze, Cracouiensis, Johannes de Rithwiani, Sandomiriensis, Johannes Synouecz de Zandauicze, Osswanczimiensis, capitanei, manu coniuncta et indiuisa, quilibet nostrum fideiussor, tanquam pro debito proprio omnes suprascripti tenore presencium recognoscimus vniuersis et singulis, presencium noticiam habituris: nos teneri et obligari veri et recti debiti iusteque summe triginta quinque millia florenorum, et horum triginta quinque millium florenorum vnam partem bonis florenis hungaricalibus veri et iusti ponderis, aliam partem peccuniis monete Cracouiensis et terciam partem mercanciis, valentibus iuxta decursum temporis, huiusmodi tres partes predictorum triginta quinque millium, vnam alteri in summam coequando, modo suprascripto preclaro principi Hanussio, duci Oswancziniensi, fratri et amico nostro, et famosis clientibus: Nicolao Zak de Swyeborowicze, Allexandro Caplini de Szmirzicze, Johanni Mierziczka de Bihowe, Wenczeslao Kawka de Sobyesank, Nicolao Foyth de Seramicz, Jacobo de Czanstkowa, Brzosakoni de Byalek, Johanni Byehanoni et ad manus fideles generosis: Johanni de Czimburgk et de Giczma, Mathuschom de Serberk et Lukoua, Georgio de Olbrach-

czicze et de Rabstin, Johanni Byeliek; que summe suprascripte (!) florenorum, peccuniarum et mercanciarum nos rex et fideiussores suprascripti sic, ut prefertur, prime summe, vndecim milia florenorum, super festum sancti Georgii, proxime venturum, a data presencium soluendo, eorundem vndecim milium florenorum vnam partem bonis florenis iusti ponderis hungarici, alteram partem peccuniis monete Cracoviensis et terciam partem eorundem vndecim milium mercanciis iuxta cursum temporis et equitatem super festum sancti Martini, proxime venturum; alia vndecim milia florenorum eodem modo suprascripto in tres partes equales diuidendo: vnam partem florenis, aliam peccuniis monete Cracoviensis bone et terciam mercanciis; iterum tredecim milia pro ultimo termino super festum sancti Johannis Baptiste, proxime venturum, post festum sancti Martini predictum, eodem modo suprascripto in tres partes equaliter diuidendo: florenis, peccuniis et mercanciis, abs omni protestacione et dolo. Inquantum vero nos rex et fideiussores suprascripti non solueremus, aut soluere contradiceremus modo suprascripto, quod Deus auferat, extunc nos rex et fideiussores suprascripti damus duci Hanussio prescripto, rothmagistris prescriptis et comittiuis ipsorum ac eorum manibus fidelibus omnimodam potestatem et ius presentibus, nostros omnes subditos, hic degentes, spirituales et seculares, in omni loco arrestare, recipere, captiuare, taxare et cum receptis bonis operari, tanquam cum proprijs eorum, nos fideiussores eciam et nostros subditos eodem modo coarcendo. Nos vero rex sub nostro verbo regio erga illud fieri non debemus, et nos fideiussores damus omnimodam potestatem et ius tenore presencium duci Hanussio suprascripto, rothmagistris et eorum manibus fidelibus, in nobis et nostris subditis, hic degentibus, spiritualibus et secularibus, summas prescriptas florenorum, peccuniarum et mercanciarum quouis modo excogitato extorquere, prout melius et decentius eisdem videbitur iuxta consilia suorum amicorum. Et erga illud nos rex prescriptus sub verbo nostro regio et nos fideiussores et omnes subditi, spirituales et seculares, et omnes in regno Polonie morantes sub fide et honore, occulte et manifeste, fieri non debemus, aliquo modo, neque lite; et quicunque erga illud fieret, ille esset erga suam fidem

et honorem; qui vero prefato duci et rothmagistris erga nos subsidia preberet et consilia, illis nullo malo euiterne debemus memorari. Inquantum vero nos rex et fideiussores prescripti summas, primam et secundam, ad tempora presentibus descripta soluere-mus integraliter et ex toto et summam vltimam aut partem carundem summarum non solueremus modo suprascripto, tunc nos regem et fideiussores prescriptos dux Hanussius cum rothmagistris suprascriptis et comittiuis atque suis coadiutoribus habebunt potestatem vigore huius litere, pro integra summa, tanquam a nobilibus nichil haberent solutum, admonere iuxta omnes articulos et puncta, superius et inferius descripta. Et quecunque dux Hanussius, rothmagistri et eorum comittiue ob non solucionem tam impensis pro litibus aut conflictu (!), illa omnia eis omnibus nos rex et fideiussores suprascripti ad simplicem eorum assercionem reponere et dare debemus et promittimus sub penis, superius et inferius descriptis, in vna summa cum peccunia capitali. Et equaliter ob non solucionem, vbicunque aliquem subditum nostrum, tam spiritualem, quam secularem, regium aut ex nobis fideiussoribus aliquem aut nostrum subditum, dux Hanussius, rothmagistri aut aliquis ex eorum comittiuis raperent aut invenirent, ibi eum recipere et captiuare possint, siue in alienis partibus aut ciuitatibus aut, ubi possunt. Ita eciam apud nos regem et fideiussores nullus hominum, nec spiritualium, nec secularium, iure, nec aliquo modo summam suprascriptam potest arrestare; neque etiam nos rex et fideiussores sepe nominati ducem Hanussium et rothmagistros suprascriptos ac comittiuas nullo modo excogitato, qui nobis prodesset, euadere possumus, quousque hanc literam et sigilla nostra ab eis iuxta inscripcionem eliberabimus, etiam si in hac litera aliquid abreuiatum fieret, inscripto sigillis violatum, vel si abreuiatio fieret, que nobis regi et fideiussoribus ad subsidium venire posset, duci Hanussio, rothmagistris et comitiuis obesset, illud nobis nullo modo pro subsidio accipere debemus, duntaxat eisdem iuxta inscripcionem soluere promittimus. Qui vero hanc literam cum voluntate ducis Hanussii, rothmagistrorum et comitiuarum suprascriptorum habuerit, ille habebit eandem potestatem et ius ad omnes articulos, in hac nostra litera descriptos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum et fideiusso-

rum imprimere iussimus. Datum in Bithom feria quarta ipso die Conuersionis sancti Pauli anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. ks. XI, fol. 363.

LI.

Bithom, a. 1458 d. 25 Januarii.

Legati Polonici pactionem a Premislao, duce Tostensi, inter Casimirum, regem Poloniae, et Hanussium, ducem Oswiecimensem, militesque mercenarios conciliatam probant.

Nos Nicolaus de Brzesze, marschalcus regni Polonie, Nicolaus Pyenansek de Vithouicze, capitaneus Cracouiensis, Johannes Synouiecz de Zandouicze, capitaneus Osswanczimiensis, Stephanus de Pogorzicze, tenutarius in Bandzen, recognoscimus presencium per tenorem, quibus expedit vniuersis, presencium noticiam habituris, lecturis, visuris et audituris: qualiter, prout preclarus princeps dux Premislaus Thosthensis inter serenissimum principem et dominum Kazimirum, Dei gracia regem Polonie, magnum ducem Lithwanie, Russiè Prussieque dominum et heredem etc., dominum nostrum gracosissimum (!) ab vna—et preclarum principem ducem Hanussium Osswanczimiensem, rothmagistris (!) et comittiuis ac coadiutoribus eorundem de fortalicijs Zebracze, Mislouicze, Vapycnna Gora ab altera — partibus in terminum posuerunt pro litibus, gwerris, aduersitatibus et odijs subortis; ad quem terminum dominus rex, dominus noster graciosissimus, direxit nos omnimoda cum potestate, pro quibus suprascriptis litibus, gwerris etc., omnibus ad preclarum principem ducem Premislaum antescriptum deuenimus, promittentes omnia, quecunque per dictum ducem Premislaum fuerint edicta, rate, inviolabiliter et inconcusse per serenissimum dominum nostrum regem esse obseruanda, nostris sub fide et honore et sub vadio decem milium florenorum,

veri et iusti ponderis hungarici. Inquantum vero aliquid iuxta edictum prefati ducis Premislai non esset completum, extunc super festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste, proxime venturum, eorundem decem milium florenorum duci Premislao quingentos florenos et parti aduerse quingentos dare promittimus. Si vero predicta decem milia ad tempus prefatum non soluerimus aut soluere contradixerimus, extunc prefato duci Premislao damus et concedimus omnimodam potestatem, super regno Polonie et nobis omni modo excogitato prefata decem milia florenorum vsque ad plenariam solucionem extorquere. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus nostra certa cum sciencia sunt impressa. Datum in Bithom feria quarta ipso die Conuersionis sancti Pauli anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XI. 364.

LII.

Olomucz, a. 1458 d. 14 Februarii.

Georgius, rex Bohemiae, a Casimiro, rege Poloniae, petit, ut Premislao, duci Tostensi, pro stipendiis in Prussia meritis satisfaciat.

Georgius, Dei gracia Bohemie rex et Morauie marchio etc., serenissimo principi domino Kazimiro, eadem gracia regi Polonie, magno duci Lithvanie heredique Russie etc., fratri nostro carissimo salutem et prosperos ad vota successus. Serenissime princeps! Retulit nobis illustris Przemko de Tossicz, princeps fidelis noster dilectus, fraternitatem vestram sibi suisque nomine stipendiorum certa pecunie quantitate obligari et adeo moras in non soluendo protendere, vt ad eam, quam a fraternitate vestra expectabat solucionem, ere proprio, quibus fidem dederat, quos vero cohortes sue milicie adiunxerat, non absque graui rerum suarum dispendio distraccioneque bonorum soluere sit compulsus. Fraternitatem igitur vestram rogamus, quatenus mercedem, quam

tanto milicie sudore conquesivit, sibi denegare vlterius non differatur (!), rem nobis in hijs gratam ostensurus. Datum in Olomucz die XIIII februarij regni nostri anno primo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XI. 112.

LIII.

Tossek, a. 1459 d. 19 Julii.

Premislaus, dux Tostensis, testatur Casimirum, regem Poloniae, Hanussio, duci Oswiecimensi, et militibus conducticiis stipendium solvisse.

Przemek, z Buozie milosti knieze Oswietymske a Tosseczske, wiznawame tiemto listem obecznie przedewssiemy, ktoz gey vzrzie, neb cztucze slissiety budu: yakozs gisme wyrok bily vczinily mezy nayjassniegssiem kniezetem a panem, panem Kazimyrem, kralem Polskym, welykym kniezetem Lythewskym a Russkym, panem a dyedicziem Prusskym, panem mym milostywim, strany gedneij, a mezy oswieczenym kniezetem, kniczem Hanussiem, kniczetem Oswietymskym, bratrem nassim millym, Mikulassiem Sweborowskym, Allexandrem Caplinem z Smyrzicz strany druhe, o sluzbu Prussku skrzie wyrok nascz (!). Trzicziety a pieth tyssiaczuow zlatich powynowat kral geho milost bil na roky, yakozs list smluwczi nas dale swiedczi a vkazugie, tiech trzicziety a pieth tyssieczuow zlatich kral geho milost kniczi Hanussowy a rothmistrom wssiem y rotham wssiem y kazdemu z tiech roth wedle wyroku nassieho vplnyc, cziele a rzadnye zaplatil do vplna, a kniez Hanuss a rothmistrzi y wssichny z tiech roth swrchupsanich krale geho milost quitowaly, nynie y na wieky prazdna propustily, crom tey przie, kterus my swrchupsany kniez Przemek obapolnie mezy stranamy na swaty Waczlaw wyrzeczi gmame, yakozto o wynny (!), ktere gsu sobie obapolnye w Bithomy daly, a crom tiech wieznow, kterzi gesstie gsu w Prussich v wiezeny, za ktere gym welemozny pan marschalek Lanczkrvnsky, a pan Mikulass z Wytouicz, podkomo-

rzi a starosta Crakowsky, slibily gsu, a take zwlasstie Mikulass Ssweborowsky slibil nynie y na wieky o swu przi wiecze ne mluwiti, keru (!) gest gmiel ku kralowie milosti kraly Polskemu etc., panu memu milostiwemu, a ku geho milosti corunye, nebt sie gemu take zaplata stala z vplna z tiech trziczity a piethy tysieczuow zlatich wedle knieze Hanussie a roth swrchupsanich. Tomu na swiedomy peczet nassi gsme k tomuto listu kazaly przziwiessiti nassim dobrym wiedomym a wuly. Genz dan a psan na Tossku we cztwrtek po Rozdieleny swatich Apostoluow leta od Narozeny Syna Buozieho tissieczieho cztirzissteho paddesateho dewatheho poczitagicze etc.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównėm pod N. 125, szeroki 29, długi 19½ centymetr.

Pieczęć dobrze zachowana, wisi na pasku pargaminowym.

LIV.

Gliwice, a. 1459 d. 20 Julii.

Hanussius, dux Oswiecimensis, et milites mercenarii se a Casimiro, rege Poloniae, stipendium accepisse testantur.

Hanuss, z Bozie milosti knieze Oswantymske etc., a my wedle milosti geho porzad psany, iako wedle pana nasseho: Mikulass Zak Sweborowky, Allexander Caplini Smyrzyczki, Jan Myerziczka z Bichowe, Jakob pisarz z Czanstkowa, Foyth z Seramycz, Waczlaw Kawka z Suobesank, tymto nassym listem obecznie przed wssemy wiznawame, kterzi gy vzrzie, nebot cztucze slisseti budu, ze, iakoz nam naygiassneysse knieze kral Kazimir, kral Puolsky etc., za sluzbu Prusku skrze wyrok oswieteneho kniezetie knieze Przemka, kniezetie Toseczkeho, trzicieti a pieth tissieczow powynowat bil na roky, iakoz list smluwczi swrchupsaneho knieze Przemka swietczi, tiech pieth a trzicieti tissiecz zlattich kral geho milost nam kniezeti swrchupsanemu a rothmeystrom wsem y rotham wsem y kazdemu z tiech roth wedle vmluwi knieze Przemka swrchupsaneho gest

vplnie, czele a rzadnie zaplatil do vplna. A krale geho mylost my knieze a rothmeystrze y wsechny z roth swrchupsanich tymto nassim listem kwitugemy a nynie y na wieky prazdna propusczeme (!), crom prze tey, kteru mezy namy obapolnie kniez Przemek Tosseczki na swateho Waczlawa wirzeti ma, iakozto o wyny, ktere gsme sobie obapolnie w Bithomy dali, a crom tych wiezny, kterzis giestie w Prussiech su w wiezeny, za ktere nam pan marssalek Lanczkorunsky a pan Peniezek, starosta Cracowsky, gsu slibili. A ia take zwlastie Mikulasz Sweborowsky slibugi nynie y na wieky o swu przy wietie ne mluwiti, kteru sem myel ku kralewe mylosti, krali Polskemu etc., y k geho mylosti corunye, neb se mne take zaplata stala z vplna z tiech trziczeti a pieth tissiczow wedle knieze mylost, knieze Hanusse swrchupsaneho, pana meho. Tomu na swedomy my kniez porzad psany gsme nasse wlastnie peczeti k tomuto listu z nassim dobrym wiedomym kazali przziwiessiti. Genz dan a psan w Illiwicz w patok przed swathim Jacubem apostolem Bozim od Narozeny Syna Bozieho tissietieho cztrsteho padessateho dewateho letha poczitugiti (!).

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod N. 1343, długi 27, szeroki 33 centymetry.

Pieczęcie cztery wiszą na paskach pargaminowych; po trzech pozostały paski pargaminowe.

LV.

Cracoviae, a. 1460 d. 11 Januarii.

Michael de Zawiercie, qui sub Premislao, duce Tostensi, in Prussia militaverat, solucionem stipendii inter se et Casimirum, regem Poloniae, convenisse fatetur.

Recognosco omnibus, quibus expedit vniuersis, ego Michael de Zawijercze: quomodo cum serenissimo principe et domino, domino Kazimiro, rege Polonie, magno duce Lithwanie, Russie Prusieque domino et herede etc., domino graciosissimo, pro meis ser-

vicijs, que sue serenitati in terris Prussie et in comitiva preclari principis domini Premislai, ducis Tostensis, exhibui, et pro dampnis omnibus, que ibidem percepi, pro quibus aliis sua serenitas regia suis certis inscripcionibus michi solucionem effectualem impendere se obligaverat, ad hunc perveni finem, quod et pro servicijs et dampnis omnibus meis ipsius serenitas regia quadrigentos florenos hungaricales in auro vel in pecunijs, valorem florenorum facientibus, videlicet ad proximum Natiuitatis Christi festum ducentos et alios ducentos florenos ad aliud simile Natiuitatis Christi festum, proxime venturum, michi solvere debet iuxta sue serenitatis inscripcionum litteras. Cuiusmodi habita solucione, et priores de data in Gdansk, et alias de data Cracovie, michi super huiusmodi servicium et dampnum datas litteras restituere teneor et obligo me per presentes. Et in fidem premissorum sigillum meum presentibus est subappensum. Datum Cracovie feria sexta infra octavas Epiphaniarum anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod Nr. 1244, szeroki 31½, wysoki 17 centymetr.

Pieczęć oderwana.

LVI.

Bendzin, a. 1460 d. 28 Januarii.

Premislaus, dux Oswiecimensis et Tostensis sibi a Casimiro, rege Poloniae, mille ducentos florenos solutos esse testatur.

My Przemek, z Buozie milosty knieze Oswietymske a Tosseczske, wiznawame tiemto listem obecznie przedewssiemy, ktoz gey vzrzie nebo cztucze slissiety budu, ze gsme przigialy od nayjassiegssieho (!) kniezete a pana, pana Kazymyra, krale Polskeho, welykeho kniczete Lytewske (!), Russkeho, pana a diedicze Pruskeho, naprwny summu dwanaczte seth zlatich dobrich vherskich wedle vmluwy a liczby, kteru gsme vczinily z kralewu milosti w Petrkowie na

snyemu (w) Matky Buozie Narozeny, gyz pomynule, a s tiech dwanaczty seth zlatich nam sie dostalo tyssicze zlatich a Jakubowi Holemu dwiesttye zlatich; a tey wssy summy prwny swrchupsane my kniez Przemek swrchupsany y s Jakubem Holym qwitugieme a prazdna propussczugiem (!) nynie y na wieky krale Kazymyra, pana nassieho milostyweho. Kterezto zlate dwanaczte séth wzaly z ruku od slowutnich panossi: pana Sczepana z Pogorzicz, starosti Bandynskeho, Jana, podstarosty Crakowskeho, sluzebniczy nassi wierny mily: Procop z Sswatussowicz, Jakub, pissarzs, przitom gsu bily slowutny panossie: Adam, komornyk kralewsky, Mikolay Przelazky, Jan, syn geho, Kyczka z Stareho Mesta. Tomu na swiedomy a lepssy gisstotu peczet nassi k tomuto listu kazaly gsme zawiessity. Dan w Bandyenye w utery przed Matky Buozie Hromnycz leta od Narozeny Syna Bozieho tissieczeho cztyrssteho ssessdessateho poczitagicze.

Oryginał pargaminowy zachowany w Arch. Głównėm pod Nr. 1337, szeroki 26, wysoki 19 centymetr.

Pięczęci brak.

LVII.

Calissiae, a. 1460 d. 11 Augusti.

Inter Casimirum, regem Poloniae, et Conradum Album, ducem Olesnensem, pax perpetua jungitur.

In nomine Domini Amen. Ad futuram rei memoriam. Nos Kazimirus, Dei gratia rex Polonie, nec non Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuijavie, magnus dux Lithvanie, Russie, Prussie, nec non Culmensis, Elbingensis, Konigsbergensis et Pomeranie terrarum heres et dominus, significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, presentibus et futuris, harum notitiam habituris: quomodo de vltronea nostra sciencia et expressa bona voluntate, accedente ad hoc consilio pariter et consensu prelatorum, baronum et consiliariorum nostrorum, tam ex parte nostra,

quam omnium et singulorum nostrorum subditorum, spiritualium et secularium, regni nostri Polonie, cum preclaro principe domino Cunrado Albo, duce Slezie Olesnensi, Wartembergensi et Wolauiensi etc., fratre nostro dilecto, ipsiusque ducatu et subditis, spiritualibus et secularibus, veram et perfectam cristianicam pacem perpetuam suscepimus et presencium vigore et tenore suscipimus ita, quod omnes lites, displicencie, dampna, odia et differencie, qualitercunque per spolia, incendia, iniurias et violencias sunt exorte a temporibus transactis inter nos regnumque nostrum Polonie et ipsius subditos, spirituales et seculares, ex vna —et inter prefatum dominum Cunradum ducem suumque ducatum et subditos, spirituales et seculares, partibus— ex altera, debent esse composite, extincte et concordate. Et nos deinceps non debemus permittere neque tollerare regni nostri subditis et alijs extraneis, prenominati domini ducis et ipsius ducatus subditos in nostro regno, territorijs, ciuitatibus et districtibus perturbare, dampnificare et arestare, nec jure mediante, neque cum violencia, sed omnes et singulos ipsius domini ducis et ducatus subditi, spirituales et seculares, debent esse liberi ab omnibus arestis et impedimentis in regno, territorijs, ciuitatibus et districtibus nostris. Et si aliquis ex nostris subditis, spiritualis et secularis, nobilis vel plebeius, violencias quascunque contra memoratum dominum ducem et sui ducatus subditos exercere et attemptare vellet, illud non debemus permittere; sed talis de causis et agendis suis querat sibi iusticiam fieri, jure mediante, secundum veterem consvetudinem. Ad quod exequendum ipse dominus dux aut sui officiales postulantibus a violencijs et iniurijs saluumconductum concedere debent; pariliter et nos tenebimur nostrique officiales tenebuntur dicti ducatus subditis postulantibus et iusticiam querentibus securitatem saluiconductus dare et concedere, duntaxat a violencijs et iniurijs. Cum aliquis de ducatu prefato fugitivus ex quacunque causa se ad nos et nostrum regnum contulerit, illum non debemus fouere, neque seruare in regno, territorijs et ciuitatibus nostris, excepto eo, si talis in juris et equitatis subsidijs vellet esse contentus. Et si aliquis temerarius, propria vtens voluntate, et nociwus homo in regno nostro compertus fuerit, qui, vt premittitur, in juris et equitatis vijs nollet esse contentus, de tali sufficien-

tem iusticie execucionem fieri debere in nostro regno volumus et de persona et de bonis eiusdem secundum qualitatem excessus, eciam, si talis esset nobilis aut plebeius, incendarius, maleficus vel alius homo nociwus, nemine excepto. Et si, quod absit, nostri subditi in ciuitatibus aut territorijs de huiusmodi temerarijs, furibus, incendarijs, proprie voluntatis et nominis hominibus requisiti, debitam non facerent justicie execucionem, extunc idem nostri subditi, negligentes et contempnentes, modo premisso ministrare iusticiam tenebuntur et sint astricti hominibus domini ducis Albi, passis iniuriam, infra tempus tremestre singula dampna soluere et reponere. Casu, quo aliqui ex nostris subditis aut eciam alij extranei raptum et furtum comitterent in ducatu prefato, possunt et debent incole ducatus predicti tales dampnificatores in regno nostro et locis insequi et fugare sine quolibet nostro nostrorumque subditorum impedimento. Nostri quoque subditi sint astricti, de singulis suis bonis et hereditatibus vsque extra eorum limites meatum et vestigium ducere et ipsos maleficos fugare. Et quicunque ex nostris subditis vestigia ducere, ipsos raptores fugare et insequi, vt premissum est, neglexerit et contempserit, dampna passis et iniuriam eciam infra tempus tremestre soluet et reponet cum effectu. Item, si aliquis ex nostris subditis in suis bonis et hereditatibus incendarium et minatorem fouerit et seruauerit contra dominum ducem et incolas ducatus ipsius et de eo doctum fuerit, eciam omnia dampna ipsis incolis, iniuriam passis, soluat et reponat cum effectu. Ceterum, si aliquis ex nostris subditis se domino duci et suis subditis de graniciebus ingesserit et intromiserit, volumus et debemus eundem a talibus prohibere et ipsas granicies et limites juxta priores et bonas consvetudines distingvere et limitare ac determinare. Item, si essent aliqui ipsius preclari domini ducis Albi aut nostri subditi, qui temerarie contra huiusmodi perpetue pacis disposicionem in aliqua parte facerent, talibus debemus ex vtraque parte resistere eosque jure apprehendere et iuxta demerita sentenciare et ad condignam emendam et satisfaccionem compellere; nichilominus pax ipsa durabit inviolata. Preterea, vt pax ipsa suis perpetuis temporibus valeat conseruari illibata, vt omnes displicencie, differencie, errores, dampna impedimentaque, inter prefatum dominum ducem et ipsius ducatum ac

ipsius subditos nosque et nostros subditos occurrentes, discernerentur debitoque ordine complanarentur et temerarij ac pacis contrauentores iuxta delicti qualitatem punirenttur; volumus et debemus, aut in persona propria, aut per nostros consiliarios et nuncios, cum prelatis, baronibus, consiliarijs et nuncijs predicti domini ducis conuenire temporibus et locis, hincinde aptis et vtrinque adiacentibus, vicibus alternatis, vna vice in regno nostro et altera vice in ducatu prefato, dispositurі judicium et sessionem per nostros subditos quatuor et per dominum ducem eciam quatuor; et quoscunque ex nostris ipse dominus dux et ipsius subditi accusandos et inculpandos duxerint, illos ad faciem judicij et sessionis predicte statuemus, compellemus et caucione fideiussoria constringemus ad seruandum ea, que per dominos et consiliarios vtrosque judicij et sessionis eiuscemodi decreta, inventa et complanata fuerint. Et si nobis aut nostris subditis incumbet pro tali actu ad conueniendum necessitas, volumus auisare aut litteris vel nuncio nostris aut dominum ducem prefatum aut suum capitaneum ad satisfaciendum tali conuencioni et sessioni tociens, quociens opportunum fuerit, siue eciam capitaneus noster Maioris Polonie taliter memoratum dominum ducem aut suum capitaneum auisabit. Pari modo, postquam per ipsum dominum ducem aut suum capitaneum auisati hac occasione fuerimus, aut capitaneus noster Maioris Polonie auisatus fuerit, promittimus verbo nostro, aut per nos aut per nostros subditos conuencioni et sessioni predictis satisfacere. Item, si contigerit aliquem agricolam, alias kmethonem, domini ducis aut suorum subditorum de ducatu in nostrum regnum aufugere, illum cum rebus suis ipsi domino duci aut suis subditis restituemus et restitui faciemus et eum nec juris auxilio, neque violencia defendemus, nec defendi permittemus. Item, quemadmodum prelati et barones nostri ad diffinien-dum, terminandum et limitandum granicies et limites inter nos regnique nostri subditos et prefatum dominum ducem et sui ducatus subditos certam et indubiam dietam instituerint feria secunda proxima post festum Epiphanie Domini affuturum; tali diete volumus satifacere et nostros nuncios, consiliarios et subditos ad loca deputanda transmittere et, quicquid distinctum, limitatum et determinatum fuerit, inviolabiliter seruare volumus et seruari facie-

mus. Non permittemus eciam alicui homini ex nostris et extraneis, dominum ducem et ipsius ducatum et incolas ex castris, ciuitatibus, opidis et fortalicijs nostris invadere, spoliare et dampnificare. Preterea, si vnquam contigerit nos aut regnum nostrum contra dominum regem aut regnum Bohemie hostiliter voluntate insidiandi consurgere, extunc vnius mensis spacio predictum dominum ducem premunire et diffidare tenebimur, antequam sibi et suis subditis insidias parabimus et dampna faciemus. Viceuersa, si dominus rex aut regnum Bohemie nobis aut regno nostro gverras mouere contenderit, extunc prefatus dominus dux, si illis auxilijs suis adherere voluerit, vnius mensis spacio, antequam nobis et nostris ex parte sui pararentur insidie et dampna, nos premunire et diffidare tenebitur. Quam quidem perpetuam et cristianicam pacem, vnionem et fedus amicicie nos prefatus Kazimirus rex pro nobis et successoribus nostris, regibus Polonie, ac vniuersis et singulis principibus, ecclesiasticis et secularibus, baronibus, militaribus, proceribus, nobilibus, burgensibus et alijs regni nostri subditis promittimus, pollicemur et spondemus presentibus verbo regio, bona et pura fide, dolo et quibusuis coloribus, ingenijs, arte vel industria exquisitis, cessantibus, in omnibus suis punctis, articulis, capitulis firmiter, inviolabiliter perpetuis et euiternis temporibus tenere et obseruare ac obseruari debere. Actum in Calisch feria secunda in crastino sancti Laurencij anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo; presentibus reuerendissimis reuerendisque in Christo patribus dominis: Johanne, sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopo et primate, Johanne, Wladislauiensi et regni Polonie cancellario, Andrea, Poznaniensi, episcopis, nec non magnificis et generosis: Luca de Gorka, palatino Poznaniensi, Philipo de Zirkowo, castellano Mijedzirzeczensi, Stiborio de Ponijecz, succamerario Poznaniensi et capitaneo Majoris Polonie generali, Sandivogio de Lanzenicze, succamerario Sandomiriensi, Johanne Zaramba, capitaneo Vijelunensi, Jaroslao de Rosdrazevo, gladifero Calisiensi, et alijs quam pluribus testibus circa premissa. Datum per manus eiusdem reverendi in Christo patris domini Johannis, episcopi Wladislauiensis, cancellarij, et venerabilis et egregij Johannis Luthkonis de Brzeszije, juris vtriusque doctoris, apostolici prothonotarij et eiusdem sacri palacij cau-

sarum auditoris, archidiaconi Gneznensis, vicecancellarij regni Polonie, nobis sincere dilectorum.

Relacio eiusdem venerabilis Johannis de Brzesze, vtriusque juris doctoris, apostolici prothonotarij et eiusdem sacri palacij causarum auditoris, archidiaconi Gneznensis, regni Polonie vicecancellarij.

Oryginał pargminowy, zachowany w Archiwum Głównėm pod Nr. 131, szeroki 46, wysoki 51 centymetrów.

Pieczęć królewska, dobrze zachowana, wisi na sznurze z czarnego, czerwonego i białego jedwabiu.

LVIII.

Voloviae, a. 1460 d. 16 Augusti.

Conradus Albus, dux Olesnensis, pacem perpetuam, cum Casimiro, rege Poloniae, compositam, litteris reversalibus approbat.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Conradus Albus, Dei gracia dux Slezie, Olsnensis, Wartembergensis et Volauiensis etc., significamus tenore presencium vniuersis, quibus expedit, harum noticiam habituris: quomodo de vltronea nostra sciencia et expressa bona voluntate, accedente ad hoc consilio pariter et consensu prelatorum, baronum, procerum, nobilium et consiliariorum nostrorum, tam ex parte nostra, quam omnium et singulorum nostrorum subditorum, spiritualium et secularium, cum serenissimo principe et domino, domino Kazimiro, Polonie rege, magno duce Lithvanie, Russie Prussieque domino et herede etc., domino nostro gracioso, ipsiusque regno et subditis, spiritualibus et secularibus, veram et perfectam christianicam pacem perpetuam suscepimus et presencium vigore et tenore suscipimus.

Ea, quae hoc loco sequuntur, transcripta sunt mutatis mutandis ex litteris sub Nr. LVII allatis.

Preterea, si vnquam contingeret serenissimum dominum regem Bohemie, dominum nostrum graciosum, et ipsius regnum

contra serenissimum principem dominum Kazimirum regem et ipsius regnum Polonie sepefatum hostiliter voluntate insidiandi consurgere, et nos eidem regi et regno Bohemie auxilijs nostris adherere voluerimus; extunc vnius mensis spacio predictum dominum regem et premunire et diffidare tenebimur, antequam maiestati sue et ipsius regnicolis insidias parabimus et dampna faciemus. Viceuersa et ipse dominus rex Polonie, si gverras domino nostro regi et regno Bohemie mouere contenderit, nobis vnius mensis spacio, antequam nobis et nostris ex parte maiestatis sue pararentur insidie et dampna, premunire et nos diffidare tenebitur. Quam quidem perpetuam et christianicam pacem, vnionem et fedus amicicie nos Conradus, dux Albus prefatus, pro nobis et successoribus nostris, ducibus, nostrisque baronibus, militibus, proceribus, nobilibus, burgensibus et alijs nostri ducatus subditis promittimus, pollicemur et spondemus presentibus verbo ducali, bona et pura fide, dolo et quibusuis coloribus, ingenijs, arte vel industria exquisitis, cessantibus, in omnibus suis punctis, articulis et capitulis firmiter et inviolabiliter perpetuis temporibus tenere et obseruare ac obseruari debere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Wolow sabbato post Assumpcionem Marie virginis gloriose anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo; presentibus venerabilibus, generosis, strenuis et nobilibus dominis: Petro, abbate Lubensi, Henrico Donijn de Belkaczow, Ottone Czedlicz de Parchovicz, milite, Kiljiano Hugvicz de Maijanczicze, procuratore generali monasterij Trebnijczensis, Henrico Bijerko, Theodrico Manowskij, Henrico Hugvicz, capitaneo de Uras, Georgio Barsnijcz de Hennijgsdorff, Henriko Wiltperg, Wraczkone de Wrobilvicz et Conrado de Przeczlauicze, qui presentes habuit in commissis.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod N. 135, szerokości 55 i pół, wysokości 49 centymetrów.

Pieczęć oderwana wisiała na sznurku z popielatego jedwabiu.

LIX.

Calissiae, a. 1465 d. 12 Octobris.

Casimirus, rex Poloniae, et Conradus, dux Olesnensis, eiusque uxor Margaretha a Jodoco, episcopo Vratislaviensi, et Guillelmo de Raby Posnaniam invitantur, ubi coram judicio regni pactio de haereditate Masoviensi fiat.

Nos Jodocus, Dei gracia episcopus Wratislawiensis etc., et Wilhelmus de Rabij et de Ryzmberg iunior, baro regni Bohemie, ex parte serenissimi principis et domini, domini Georgij, regis Boemie, domini nostri graciosi, ad presentem conuencionem Calisschiensem pro proxime preterito sancti Michaelis festo et diebus sequentibus vsque ad diem date presencium inter serenissimum principem et dominum, dominum Kazymirum, regem Polonie, dominum nostrum graciosissimum, ex vna — et preclarum principem dominum Conradum, ducem Slezie, Olesznensem et Coszlensem etc., partibus — ex altera tentam et habitam, nuncij et vt tanquam mediatores, per prefatum dominum regem ipsum et dominum ducem Conradum assumpti, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit vniuersis: quomodo post plures et varios tractatus, hijsdem omnibus diebus inter prefatum dominum regem Polonie et eundem dominum ducem Conradum factos et habitos, pro et super ducatibus, terris, dominijs, castris, ciuitatibus, oppidis ac villis nobilibusque et vasallis Mazowie et Russie, per preclaros principes dominos: olim Semouitum, Kazymirum et Wladislaum, fratres germanos, et vltimo per Semouitum et Wlotconem, ipsius Wladislai filios, dum agerent in humanis, tentis, habitis et posesis et per mortem ac decessum eorundem successiue derelictis seu derelictis, quorum seu quarum ipse dominus rex Polonie vnam partem jure feodali, deficientibus heredibus masculis, et alteram reliquam vigore jurium regni Polonie ad se, suos successores, reges, et regnum Polonie pleno iure deuolutos seu deuolutas affirmabat; et prememoratus dominus dux Conradus ad illustrem principem, dominam ducissam Margaretham, prefati du-

cis Semouiti vnicam natam et suam conthoralem legittimam, jure successionis et hereditario consimiliter devolutos seu devolutas arbitrabatur. Tandem prefate partes, videlicet et dominus rex et dominus dux Conradus, per medium nostri ad huiusmodi devenerunt vnionem et intelligenciam: quod pro festo proximo sanctorum Symonis et Jude appostolorum et dominus rex Polonie prefatus et dominus dux Conradus vna cum domina ducissa Margaretha, conthorali sua, in ciuitatem Poznaniensem in presenciarum conuenire debent, et taliter conueniendo iuxta vim, continenciam et verborum formam et sentenciam, prout littere ipsorum domini ducis Conradi et domine ducisse Margarethe, sigillis ipsorum sigillate, continent et exprimunt, coram iudicio regni Polonie ordinario, per prefatum dominum regem locando, recognicionem expressam eorum hinc inde verbis, sponte et libere, fateri debent, nichil superaddendo, neque minuendo, absque omnibus contradiccionibus et difficultatibus. Datum in Calischs sabbato ante Hedwigis anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, nostris subappensis sigillis.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 261; szeroki 30, długi 29 centymetrów.

Pieczęcie dwie wiszą na paskach pargaminowych.

Po bezpotomnéj śmierci ostatnich dwóch książąt płockich, Ziemowita VI i Władysława II, w 1462 r. wystąpili z pretensyami do ich spuścizny Konrad III ks. mazowiecki wraz z matką swą Barbarą, wdową po Bolesławie IV, Konrad Czarny ks. oleśnicki w imieniu swéj żony Małgorzaty, córki Ziemowita V, i Korona polska. Załatwienie téj sprawy powierzył król Kazimierz w tymże roku na sejmie w Piotrkowie złożonemu z panów polskich trybunałowi, przed który pozwano Konrada mazowieckiego o zajęcie ziemi płockiéj. Obżałowany stawił się w Piotrkowie, ale podejrzywając sędziów o stronniczość, domagał się, ażeby wydanie wyroku poruczono zjednoczonéj radzie koronnéj i mazowieckiéj, a gdy życzeniu jego nie stało się zadość, opuścił w gniewie miejsce obrad. Trybunał jednakże wydał wyrok zaoczny i przysądził księstwo płockie królowi. Konrad Czarny, przebywający wtenczas także w Piotrkowie, widząc niepowodzenie swego współpretendenta, nie dochodził wcale swego prawa. Lecz kiedy na następnym sejmie piotrkowskim w 1463 r. Konrad mazowiecki znowu sprawę sukcesyi wytoczył, proponując tym razem na rozjemcę którykolwiek z uniwersytetów włoskich, wówczas i Konrad Czarny zaprotestował przeciw sądowi utworzonemu z doradców królewskich i upomniał się o ewakuacyę księstwa płockiego. Gdy i te żądania spotkała ze strony polskiéj odmowa, układy zostały na dłuższy czas zerwane. Odbyty następnie d. 26 lipca 1465 r. zjazd Kazimierza z Konradem Czarnym w Kaliszu nie przyniósł również żadnego rezultatu. Po długich pertraktacyach zdołano tam zaledwie ułożyć się o ponowny zjazd na d. 29 września tegoż roku w Kaliszu, oraz zgodzić się na rozjomstwo króla czeskiego. Jerzy

Podjebrad, którego jeździł od króla Kazimierza zapraszać na arbitra Zbigniew z Góry, kasztelan małogoski, chętnie podjął się tego zadania i wyprawił na oznaczony termin do Kalisza dwóch pełnomocników, biskupa wrocławskiego Josta i Wilhelma z Risemberga. Usilnym ich staraniom powiodło się wynaleźć przystępne dla obydwóch stron spierających się warunki ugody.—Długosz ed. Przezdz. XIV. 357, 413, 420.

LX.

Calissiae, a. 1465 d. 12 Octobris.

Casimirus, rex Poloniae, a Margaretha, uxore Conradi Nigri, ducis Olesnensis, vindicias hereditatis Masoviensis viginti milibus florenorum acquirit.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., recognoscimus nostro, nostrorum heredum et successorum ac tocius regni nostri nominibus vniuersis et singulis, harum noticiam habituris: quod cum preclara domina Margaretha, ducissa Slezie, olim nata preclari principis domini Semouiti, ducis Mazouie et Russie, soror nostra dilecta, in persona illustris principis domini Conradi, ducis Slesie, Olsnensis et Cozlensis, consortis sui, pro et super ducatibus Mazouie et Russie, post mortem olim dominorum: Semouiti, patris eius predicti, Kazimiri et Wladislai, patruorum, Semouiti et Wladislai, patruelium ipsius, derelictis, ad nos et regnum nostrum Polonie jure pheodi et aliis, uigore nonnullarum litterarum, deuolutis, orta fuisset differencia et questio, et ea occasione ipsa domina Margaretha nos impeteret, moneret et recquireret, asserens sibi in eisdem ducatibus racione successionis hereditarie jus competere; fuitque pro eo inter nos et predictam dominam ducissam in persona memorati domini ducis Conradi, consortis sui, crebris vicibus placitatum, quousque serenissimus princeps dominus Georgius, Bohemie rex etc., ad nostram et eciam domini ducis Conradi et ipsius consortis instanciam suos notabiles oratores, videlicet: reuerendum in Christo patrem, dominum Jodocum, episcopum Wratislauiensem etc., generosumque Vilhelmum iuniorem de Rezenberg et Raby, regni Bohemie baronem, ad hunc conuencionis lo-

cum mittere curauit, quibus mediantibus ad hanc cum prefata domina Margaretha ducissa in persona dicti domini ducis Conradi, consortis sui, peruenimus vnionem. Quod sibi et eius consorti, eorum heredibus et legittimis successoribus in vim satisfaccionis pro juribus et iusticijs, que modo premisso in prefatis ducatibus habere arbitrabantur, viginti millia florenorum bonorum hungaricalium iusti ponderis ad terminos, infra denotatos, dandos, soluendos et pagandos fide bona et uerbo nostro regio promisimus et spopondimus promittimusque et spondemus harum serie litterarum, videlicet: ad festum sancti Jacobi apostoli, proxime venturum, quod erit sub anno Natiuitatis Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, quinque millia in vim prime solucionis et tandem in anno sequenti, qui erit a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, tria millia pro solucione secunda eciam in die sancti Jacobi prelibato; pro tercia solucione tria millia in die sancti Jacobi, iterum sequentis, sub anno Natiuitatis Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo; pro quarta solucione demum sub anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono in die eiusdem sancti Jacobi tria millia; sub anno Natiuitatis Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo pari modo in die sancti Jacobi tria millia pro quinta solucione; pro sexta solucione et ultima iterato in festo sancti Jacobi memorato sub anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo tria millia florenorum hungaricalium predictorum, sicque annis singulis usque ad decursum sex annorum, sese continue sequencium, extenuando premissum viginti milium florenorum debitum ad terminos premencionatos vsque ad perfectam, plenariam et finalem huiusmodi summe persolucionem tenemur et obligamur. Et si in terminis predictis aut in aliquo eorum, quod Deus auertat, solucionem non fecerimus, aut in soluendo negligentes et remissi fuerimus; extunc pro rata cuiuslibet solucionis, pro qua negligeremus facere solucionem, totidem dampni succumbemus; promittentes verbo nostro regio et principalem seu capitalem summam et eandem sibi similem summam, quam taliter ob non solucionem in termino constituto succumberemus, infra quindecim dies post terminum aut terminos neglectos solucionis prenotatos taliter persoluere. Quod si iterum ne-

glexerimus, extunc idem dominus Conradus dux et ipsius consors eorumque heredes et successores, lapsis huiusmodi quindecim diebus, poterint (!) omnia bona, cuiuscunque valoris fuerint, omnium mercatorum, ciuium, opidanorum et villanorum nostrorum regalium, ad mensam et ad cameram nostram spectancium et pertinencium, ipsosque tales nostros subditos cum personis et bonis eorum, non obstantibus quibuscunque et quorumcunque securitatibus et saluis conductibus et eciam non obstantibus quarumcunque personarum, spiritualium et seculiarium, prioribus inscripcionibus, super ipsa bona nostra regalia et eorundem homines per prius datis, in ciuitatibus, opidis, villis, campis, siluis et in locis quibuscunque via juris aut facti arrestare, detinere, depactare, impedire et distrahere et in vsus beneplacitos conuertere, et in sortem debiti principalis et huiusmodi totidem succumbicionis non computando tandiu, quousque nos, heredes et successores nostri aut regnum nostrum de prefato principali debito et huiusmodi succumbicionis pena, alias *przepadku*, realiter et in effectu satisfecerimus. Pro quo non imputabimus, neque indignabimur ipsi domino Conrado duci eiusque consorti, heredibus ac successoribus eorum ac eis consilia et auxilia prebentibus, neque cum et eos impediemus, neque se sibi per nos nostrosque et regni nostri subditos aut alias sumissas personas directe uel indirecte opponemus, nec eciam vlcioni et vindicte intendemus quouis modo. Et quociens in terminis predictis solucionem fecerimus, tociens dominus dux Conradus et ipsius consors, eorum heredes ac successores quittacionem de perceptis dabunt. Et post solucionem finalem debiti principalis et succumbicionis pene, si que interuenerit, presens littera contractus nobis, heredibus et successoribus nostris ac regno nostro restitui debet. Ceterum promittimus et spondemus, quod omnes et singuli familiares et nunccij creditorum nostrorum tociens, quociens eos aut eorum alterum in quocunque numero cum quittancijs et recognicionibus, sigillis ipsorum ducis et ducisse aut eorundem successorum sigillatis, ad percipiendas prefatas summas mittentur et aduenient, salwm conductum nostrum et plenam securitatem heredum et successorum nostrorum, nec non regnicolarum et familiarium nostrorum vna cum peccunijs in veniendo, manendo et remeando habere debent iuxta eorum omnem necessitatem. Cuiusmodi sal-

wm conductum ita tenere promittimus, prout obligamur; et presertim in remeando cum peccunijs de Cracouia usque in Bythom. Et quicunque hanc nostram litteram cum voluntate domini ducis Conradi, domine Margarethe, consortis ipsius, eorum heredum et successorum predictorum aut alterius eorum habuerit, eidem promittimus et spondemus, tenere et seruare fidem et solucionem facere, ueluti predictis creditoribus nostris, secundum tenorem huius littere nostre. Solucio autem debet fieri in Cracouia, singulis annis et terminis designatis, absque omni arresto, inhibicione et impedimento cuiuslibet juris et judicis, spiritualis et secularis, et eciam facti ita, ut tales peccunie libere in potestatem et manus creditorum, sepe memoratorum, abduci possint et presentari. Et si quos contractus, tractatus et actus in futurum nos cum predicto domino duce Conrado et consorte ipsius in judicio et extra habere contingat, nichil preiudicare, neque derogare debent huic inscripcioni, contractui et littere nostre regali quoquo modo. Casu autem, quo aliqua impedimenta, eciam si essent canonica et legalia, et eciam facti interuenirent, antequam fieret plena et perfecta ac totalis iuxta tenorem harum nostrarum litterarum predictorum viginti milium florenorum solucio, talibus omnibus et singulis vti contra nostram litteram non debemus. Et si dominum ducem Conradum et dominam Margaretham, eius consortem, ab hac luce, prole non derelicta, decedere contingeret, antequam solucio antefata consumaretur, et ipse dominus dux et eius consors aliter de peccunijs predictis de toto uel parte non disponerent; extunc eadem soluenda per nos peccunia ad illustrem dominum ducem Album, germanum domini ducis Conradi, deuoluetur. Nos igitur Kazimirus, rex prefatus, has nostras litteras et omnia in eis contenta de voluntate vnanimi et concordi assensu et consilio infrascriptorum prelatorum, baronum et nobilium et aliorum, in hac conuencione Calisiensi congregatorum, in omnibus et singulis articulis et punctis fide bona, nostro verbo regio, pro se, nostris heredibus et successoribus, Polonie regibus, regno et regnicolis ac omnibus et singulis alijs subditis nostris fideliter et inuiolabiliter, sine omni dolo, obseruare et in nullo contrauenire promittimus, pollicemur et spondemus; renuncciantes circa premissa et eorum quodlibet omnibus et singulis ordinacionibus, conswetudinibus, regni nostri

statutis, defensionibus, auxilijs, subterfugijs et priuilegiis, comunitatibus et singularibus personis concessis, nec non legi dicenti generalem renuncciacionem non ualere, vbi specialis non precessit, ac alijs beneficijs quibuslibet juris et legis, quibus huiusmodi contractus et solucio impugnari aut infringi, seu quouis modo anullari et impediri possit. Insuper recognoscimus, quod per illam recognicionem, per quam et dominus dux Conradus et domina ducissa Margaretha expresse confessi sunt litteris ipsorum, prescriptam viginti milium florenorum summam manualiter et effectiue recepisse et leuasse, presentibus litteris inscripcionum ipsius summe viginti milium florenorum in aliquo derogare aut detrahere nolumus; sed ipsas litteras presentes huiusmodi robur habere declaramus per expressum, quoadusque iuxta vim et continenciam earundem eandem totalem persoluemus summam. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes litteras nostras sigilli nostri appensione iussimus communiri. Actum et datum in Calisch sabato ante festum sancte Heduigis proximo anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto; presentibus ibidem reuerendissimo reverendisque in Christo patribus, dominis ac magnificis, generosis, strenuisque: Johanne, sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopo et primate ac regni Polonie cancellario, Andrea, episcopo Poznaniensi; Luca de Gorka, Poznaniensi, Stanislao de Ostrorog, Calisiensi, Sandiuogio de Lanzenycze, Siradiensi, Petro de Opporow, Lanciciensi, Slanislao de Chotecz, Podolie, Nicolao de Cuthno, Rawensi et Gostinensi, palatinis; Petro de Schamothuli, Poznaniensi, Hyncza de Rogow, Sandomiriensi, Johanne de Czarnkow, Gneznensi, Johanne de Rythwyani, marschalco regni Polonie, Johanne Zaramba de Calynowa, Siradiensi, Thoma de Sobotha, Lanciciensi, Andrea de Crethkow, Brestensi, Andrea Sczubyol, Gostinensi, Johanne de Ostrorog, vtriusque juris doctore et Myedzirzeczensi, Nicolao de Mylonijcze, Brzeszynensi, Nicolao de Opporow, Cruschwiczіensi, Przeczslao de Potulicze, Rogosznensi, castellanis; Stanislao de Zbanschin, Poznaniensi, Petro Donyn de Prawkowycze, Sandomiriensi, succamerarijs; Nicolao de Thomycze, Poznaniensi, Nicolao Schpoth de Wola, Sandomiriensi, Nicolao Crusczinsky, Calisiensi, vexilliferis; et alijs pluribus circa premissa.

Relacio eiusdem reuerendissimi in Christo patris, domini Johannis, sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopi et primatis, regni Polonie cancellarij.

Oryginał pargaminowy, trzy razy przecięty, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 136; szeroki 59, wysoki 56½ centymetra.
Pieczęć królewska, dobrze zachowana, wisi na pasku pargaminowym.

LXI.

Calissiae, a. 1465 d. 12 Octobris.

Conradus, dux Olesnensis, nomine Margarethae, coniugis suae, hereditatem Masoviensem Casimiro, regi Poloniae, viginti milibus florenorum dimittit.

In nomine Domini Amen. Nos Conradus, Dei gracia dux Slesie, Olssnicensis et Coszlensis etc., ad perpetuam rei memoriam recognoscimus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, tam presentibus, quam futuris, harum noticiam habituris: quod, cum inter serenissimum principem et dominum, dominum Kazimirum, Dei gracia regem Polonie, magnum ducem Lithwanie, Russie Prussieque dominum et heredem etc., dominum nostrum graciosum, ex vna — et nos in persona preclare principis domine Margarethe, preclari olim principis domini Semouiti, ducis Mazouie et Russie, vnice nate et ducisse et legittime conthoralis nostre carissime, partibus — ex altera, pro et super terris, ducatibus et dominiis Mazouie et Russie ac castris, ciuitatibus, opidis, districtibus et villis nobilibusque et vasallis, in eijsdem consistentibus, post decessum preclararorum principum, videlicet: prefati Semouiti, patris, Kazimiri et Wladislai, patruorum, nec non Semouiti et Wlodkonis, patruelium fratrum, ipsius conthoralis nostre predecessorum, derelictis, quarum vnam partem prefatus dominus rex, deficientibus heredibus masculis, jure feodali et reliquam partem vigore jurium regni Polonie ad se et ad suum regnum Polonie deuolutos, seu deuolutas affirmabat; et nos in persona conthoralis nostre prefate, vnice nate ducis Semouiti predicti, et ut heredis et successoris post vita functos

prefatos duces, jure successionis et hereditario ad eandem pertinere arbitrabamur, orta fuisset ipsorum occasione causa et differencia, et tandem visum est nobis cum prefato domino rege, domino nostro gracioso, contendere et stare in differencia satis inconueniens et incongruum. Ideo cum eius regia maiestate, mediantibus reuerendissimo in Christo patre, domino Jodoco, episcopo Wratislauiensi etc., et nobili ac generoso domino Wilhelmo juniori de Ryzemberg et de Raby, oratoribus serenissimi principis et domini, domini Georgij, regis Bohemie, domini nostri graciosi, ad huiusmodi deuenimus vnionem et intelligenciam, quarum pretextu et eciam visis et auditis juribus, priuilegijs et documentis regalibus et regni Polonie, ne nobis obessent, de suprascriptis ducatibus, terris et dominijs Mazouie et Russie et presertim ab istis terris, ducatibus et dominijs, videlicet: Gostinensi et Rawensi, in Mazouie, et Belszensi, in Russie terris consistentibus, cum omnibus ipsorum districtibus, castris, ciuitatibus, opidis et villis, que per dominum regem ad presens possidentur; insuper et ab omni jure, quodcunque nobis et conthorali nostre competere posset vel videretur ad presens vel in futurum ad infrascriptas terras et castra, videlicet: Plocensem, Wyssnensem, Zakrzewiensem, Plonensem, Sochaczowiensem et Wysskithky, ac ipsarum castris, ciuitatibus, opidis, districtibus et villis, nec non nobilibus et vasallis ac alijs cuiuscunque status, condicionis et preeminencie hominibus, in eisdem consistentibus, ita longe, late et circumferencialiter, prout ipse terre ac ducatus et dominia, superius expressa, ab alijs ducatibus et dominijs ac terris sunt distincte et limitate, et ut per prefatos duces, consortis nostre predecessores, dum agerent in humanis, fuerunt tente, habite et possesse, et quos seu quas inhactenus arbitrabamur ad eandem deuolutos seu deuolutas, et si qui uel que in futurum ad eam deuolui et spectare quoquo modo possent, aut quodcunque jus in eis in parte uel in toto eidem consorti nostre competere videretur, nichil juris, proprietatis et dominij in eijsdem pro nobis, consorte nostra nostrisque heredibus et successoribus reseruando, prefato domino regi, suis successoribus regibus et regno Polonie de sua mera et spontanea voluntate ac eum assensu et consilio nostro et certorum ipsius consiliariorum, omni modo, jure et forma, quibus id melius et effieacius fieri potuit et

debuit, cessimus et recessimus cedimusque et recedimus per presentes; omnia et singula jura, quecunque ipsa conthoralis nostra ad memoratas terras, ducatus et dominia se habere pretendebat et que in futurum ei obuenire et ad ipsam deuolui possent quoquo modo, in ipsum dominum regem et suos successores reges et regnum Polonie nomine prefate conthoralis nostre transfundentes. Profitemur insuper in persona predicte consortis nostre, quod pro omnibus bonis maternis, auro, argento, pecunia, clenodijs, iocalibus et quibuscunque rebus alijs, qualitercunque appellatis, ad que post mortem olim domine Margarethe, ducisse Gostinensis, matris eius, aliquod jus eidem competere videbatur et potuisset, nec non pro dote et dotalicio dicte matris eius et etiam specialiter pro dote coniugis nostre, alias *possag*, a prefato domino Kazimiro, rege Polonie, viginti milia florenorum hungaricalium pro plenaria, integra et contenta satisfaccione et solucione recepisse; promittentes et spondentes fide bona et sub ducali nostro honore, quod neque nos, neque conthoralis nostra, neque heredes siue posteri nostri, nec quisquam alter, nomine nostro et conthoralis nostre premissorum occasione, tam pro prefatis omnibus ducatibus, terris, castris, ciuitatibus et opidis, districtibus, villis, nobilibus, vasallis et quibuscunque hominibus, in Mazouie et Russie ducatibus et terris consistentibus, ad eandem, ut predicitur, deuolutis et futuris temporibus in toto uel in parte deuoluendis; tum pro auro, argento, dote et dotalicio, pecunijs, jocalibus et quibuscunque rebus, si quod jus ex successione et deuolucione paterna et materna eidem in eijsdem competere videretur, ad presens vel in futurum, erga prefatum dominum Kazimirum regem et suos successores reges et regnum Polonie nullo tempore actionem aliquam siue questionem, peticionem et vendicationem, tam judicialem, quam extrajudicialem, faciemus seu mouere volumus. A quibus omnibus nos in persona consortis nostre abdicando renunciamus expresse in hijs scriptis. Item recessimus et renunciauimus recedimusque et renunciamus ab omni jure nostro, si quod ad prescriptas terras, dominia et ducatus vigore cuiuscunque resignacionis et renunciacionis, per prefatam dominam ducissam Margarethan, conthoralem nostram, nobis quoquo modo facte, nobis competere vi-

deretur aut posset. Item consimiliter renunciamus et recedimus ab omni dote et dotalicio preclare principis domine Anne, ducisse prefati domini ducis Wladislai Mazovie relicte et sororis nostre carissime, dum eandem decedere contigerit, quod pro et super hijs prefato domino regi suisque successoribus et regno Polonie nullam intentabimus actionem, neque aliquod horum repetere volumus, etiam renunciantes vniuersis auxilijs, beneficijs, adiumentis et remedijs legis, juris et canonis, nec non reliquis, quibus premissis omnibus seu eorum aliquo contrauenire aut obesse possemus; et que nobis suffragari viderentur, et quod ad ea recursum habere nolumus, sed nec eis vti volumus. Et super premissis omnibus promittimus habere et debemus silencium perpetuum, temporibus perpetuis et euiternis perpetue duraturum. In cuius rei testimonium et euidenciam maiorem has litteras sigilli nostri appensione iussimus communiri. Actum et datum in Calisch sabbato ante festum sancte Hedwigis electe anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto; presentibus ibidem venerabilibus, strenuo et nobilibus ac validis viris dominis: magistro Petro Wartemberg, decretorum doctore, Conrado Przeczeslawitcze (!), ecclesie Wratislauiensis canonicis; Ottone Czedlicz de Parchowicz, milite, magistro Martino Hudener, ecclesie collegiate Opuliensis archidyacono, Melchiare de Goraw, Sawlo Twardawa, Bartholomeo Rorawssky, Henerico Srzipkowicz et Johanne Zeidlicz de Brzezinky, consiliarijs et familiaribus nostris, et alijs quam pluribus testibus ad premissa.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 117, szeroki 61, wysoki 45 centymetr.

Pieczęć oderwana wisiała na sznurku z fioletowego jedwabiu.

LXII.

Olsnae, a. 1465 d. 15 Octobris.

Margaretha, uxor Conradi, ducis Olesnensis, dimissam facit Casimiro, regi Poloniae, hereditatem Masoviensem, pro qua viginti milia florenorum se accepisse fatetur.

In nomine Domini Amen. Nos Margaretha, Dei gracia vnica nata, illustris olim principis domini Semouiti, ducis Mazouie et Russie, ac conthoralis legittima preclari principis domini Conradi, ducis Slesie, Olssnensis et Cosslensis etc., ad perpetuam rei memoriam recognoscimus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, tam presentibus, quam futuris, harum noticiam habituris.

Pars, hoc loco omissa, transumpta est mutatis mutandis ex litteris sub Nr. LXI allatis.

A quibus omnibus nos abdicando renunciamus expresse in hijs scriptis. Etiam renunciantes vniuersis auxilijs, beneficijs, adiumentis et remedijs legis, juris et canonis, nec non reliquis, quibus premissis omnibus seu eorum aliquo nos contrauenire aut obesse possemus, et que nobis suffragari viderentur, et quod ad ea recursum habere nolumus, sed nec eis uti volumus. Et super premissis omnibus promittimus habere et debemus silencium perpetuum, temporibus perpetuis et euiternis perpetue duraturum. In cuius rei euidenciam has nostras litteras scribi sigillique nostri appensione iussimus communiri. Datum Olsne in die sancte Hedwigis electe sub anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto; presentibus nobilibus, generosis ac validis viris dominis: Georgio de Wartemberg, Wenczeslao de Swamberg, baronibus, Conrado de Przeczlawicze, Nicolao Streit de Waltdorff, Stanislao Rudskij, Sawlo Twardawa, Nicolao Frawenstein et Henerico Dzaloscha, testibus ad premissa.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 110, szeroki 44, wysoki 34 centymetry.

Pieczęć oderwana wisiała na sznurze z białego i czerwonego jedwabiu.

Olsna, Oleśnica (Oels), miasto powiatowe w obwodzie rejencyjnym wrocławskim.

LXIII.

Vratislaviae, a. 1465 d. 19 Octobris.

Jodocus, episcopus Vratislaviensis, et Guillelmus de Raby pactionem de hereditate Masoviensi inter Casimirum, regem Poloniae, et Conradum, ducem Olesnensem, eiusque consortem Margaretham Calissiae factam esse declarant.

Nos Jodocus, Dei gracia episcopus Wratislauiensis, et Wilhelmus junior de Ryzemberg et de Rabij ex parte serenissimi principis et domini, domini Georgij, regis Bohemie etc., domini nostri graciosi, ad conuencionem Calisiensem, pro festo proxime preterito sancti Michaelis et diebus sequentibus in ipsa ciuitate Calisiensi inter illustrissimum principem et dominum, dominum Kazimirum, regem Polonie etc., dominum nostrum graciosum, ex vna —et preclarum principem dominum Conradum, ducem Slesie, Olsnicensem et Coslensem etc., et illustrem dominam Margaretham, ipsius conthoralem, partibus—ex altera tentam et habitam, nuntij et ut tanquam mediatores, per prefatum dominum regem Polonie et ipsum dominum ducem Conradum ac eius predictam conthoralem assumpti, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit vniuersis: quomodo post plures et varios tractatus, inter prefatum dominum regem Polonie et eundem dominum ducem Conradum eiusque conthoralem in eadem convencione factos et habitos pro et super ducatibus, terris et dominijs, per ipsius domine Margarethe ducisse predecessores, duces Mazouie et Russie, derelictis, prefatos dominos, videlicet: dominum regem Polonie et dominum ducem Conradum, nec non memoratam eius conthoralem, dominam ducissam Margaretham, ad huiusmodi conduximus vnionem, prout ipsorum littere hic inserte lacius continent, testificantur et declarant; quarum tenor sequitur et est talis.

Hic sequuntur et litterae Conradi Olesnensis, sub Nr. LXI, et litterae uxoris eius Margarethae, sub Nr. LXII allatae.

Post quarum quidem literarum insercionem, imposicionem et transcopiacionem literas has nostras testimoniales scribi et fieri, nostrorum sigillorum appensione in maiorem rei euidenciam iussimus communiri. Datum Wratislauie sabbato proximo post festum sancti Luce ewangeliste anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 129, szeroki 72, wysoki 39 centymetrów.

Pieczęcie dwie, dobrze zachowane, wiszą na paskach pargaminowych.

LXIV.

Posnaniae, a. 1465 d. 29 Octobris.

Margaretha, ducissa Olesnensis, coram judicio regni Poloniae se Casimiro regi hereditatem Masoviensem dimisisse profitetur.

In nomine Domini Amen. Nos Margaretha, Dei gracia vnica nata illustris olim principis domini Semouiti, ducis Mazouie et Russie, ac conthoralis legittima preclari principis domini Conradi Nigri, ducis Slesie, Olssnensis et Cozlensis etc., ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris: quemadmodum certe differencie occasione dominiorum, ducatuum et bonorum, per nostros predecessores in terris Mazouie et Russie derelictorum, inter serenissimum principem et dominum, dominum Kazimirum, regem Polonie, magnum ducem Lythwanie, Russie Prussieque dominum et heredem etc., dominum nostrum graciosum, et ipsius regnum Polonie ex vna—et nos, prefatum dominum Conradum, ducem Slesie, Olssnensem et Cozlensem etc. et conthoralem nostrum carissimum, partibus—ex altera sunt habite, que tandem iuxta tenorem et continenciam litterarum, diebus superioribus in Olssna per nos datarum, bonis medijs reuerendi in Christo patris, domini Jodoci, episcopi Vratislauiensis, et nobilis ac generosi domini Vilhelmi junioris de Risemburk et Raby, baronis regni Bohemie, serenissimi principis et domini, domini Georgii, regis Bo-

hemie etc., domini nostri graciosi, oratorum, in conuencione Calisiensi, pro festo sancti Michaelis et aliquot diebus sequentibus celebrata, ad vnionem et sinceram intelligenciam deducte et complanate habentur et cernuntur. Quas quidem vnionem et intelligenciam ac litteras nostras, vt premittitur, in Olssna desuper confectas, datas et emanatas, quas hic veluti pro insertis habemus, sicut prius, ita et nunc vltronee et ex superhabundanti hodie coram reuerendissimo reuerendisque in Christo patribus et dominis: Johanne, sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopo et primate, Andrea, episcopo Poznaniensi, nec non magnificis, generosis et strenuis dominis: Luca de Gorka, Poznaniensi, Stanislao de Ostrorog, Calisiensi, Nicolao de Cosczyelecz, Brestensi, palatinis; Petro de Schamothuly, Poznaniensi, Petro Skora de Gay, Calisiensi, Johanne de Czarnkow, Gneznensi, Dobrogostio de Ostrorog, Camenensi, Nicolao Janowsky, Srzemensi, castellanis; Stiborioque de Ponyecz, iudice Poznaniensi, sub forma iudicij sedentibus, et compluribus alijs baronibus et nobilibus ibidem astantibus et presentibus, iuxta vim et continenciam pretacte littere nostre in omnibus clausulis et punctis recognouimus et recepimus recognoscimusque et suscipimus per presentes pro se et nostris heredibus, fideliter obseruaturas temporibus perpetuis et euiternis. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum, testimonio litterarum. Actum et datum in Poznania feria tercia in crastino beatorum Simonis et Jude apostolorum anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto; presentibus ibidem nostris consiliarijs et fidelibus, videlicet: venerabili Conrado de Przeczslawycze, canonico Wratislauiensi, ac generosis et nobilibus: Henrico Donyn, barone de Balkaczow, Nicolao Goly de Ponyaczycze, Barthossio Rorowsky, Henrico Rzepkowycz et Vilhelmo Muschowsky.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 130, szeroki 50, wysoki 32 centymetry.

Pieczęć, dobrze zachowana, wisi na sznurku z fioletowego jedwabiu.

LXV.

Cracoviae, a. 1466 d. 27 Julii.

Conradus, dux Olesnensis, eiusque consors Margaretha regnum Poloniae quinque milia florenorum pro hereditate Masoviensi sibi persolvisse declarant.

Conradus, Dei gracia dux Slesie, Olsnensis et Coslensis, et Margaretha, eadem gracia consors sua, nata olim illustris principis domini Semouiti, ducis Mazouie et Russie etc., significamus tenore presencium vniuersis, recognoscentes: quomodo in vim contractus, facti cum serenissimo principe et domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Littwanie, Russie Prussieque domino et herede etc., domino nostro graciosissimo, pro et super ducatibus Mazouie et Russie, post mortem olim dominorum: Semouiti, patris nostri predicti, Kazimiri et Wladislai, patruorum, Semouiti et Wladislai, fratrum patruelium nostrorum, derelictis, in extenuacionem debiti viginti millium florenorum pro prima rata seu termino sancti Jacobi apostoli, proxime lapso, prout lacius in litteris prefati serenissimi domini Kazimiri, regis Polonie, continetur, occasione predictarum terrarum Mazouie et Russie quinque millia florenorum vngaricalium in auro de mandato ipsius serenissimi domini regis de manibus magnifici et venerabilium dominorum: Jacobi de Dambno, suppremi thezaurarii regni Polonie, Cracouiensis, Beczensis et Sandeczensis capitanei, Johannis Rzeschowsky, canonici Cracouiensis et Noue Civitatis Corczin capitanei, Stanislai Visliczsky, secretariorum regalium, in ciuitate Cracouiensi per manus preclari et illustris principis domini Przemislai, Dei gracia ducis Osvyanczimensis et Thosnensis, et nobilium dominorum: Conradi Przeczslawsky, Johannis Campczowsky, capitanei Thosnensis, et Henrici Srzepkouicz, ad hoc cum pleno mandato et omnimoda potestate per nos missorum, tulimus, percepimus et realiter ac cum effectu leuauimus. De quibus quidem quinque millibus florenorum prefatum dominum regem ac heredes et successores, reges Polonie, pro tempore existentes, ac regnum quittamus, absoluimus ac liberos dimittimus per presentes; promittentes

verbo nostro et bona fide pro nobis nostrisque heredibus et successoribus, ipsum dominum regem aut ipsius heredes et successores regnumque Polonie pro summa ipsa quinque millium florenorum prime rate seu termini primi, vt pretactum est, per se aut alias quascunque submissas personas, directe vel indirecte, via juris aut facti seu quocumque alio modo vel exquisito colore non impetere, non monere, non inquietare perpetue et in ewum. Harum, quibus sigilla nostra presentibus sunt appensa, testimonio litterarum. Datum Cracouie die dominica proxima post festum sancti Jacobi apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

Oryginal pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównėm pod Nr. 123; szeroki 44, wysoki 19 centymetrów.

Pieczęcie dwie wiszą na paskach pargaminowych.

LXVI.

Cracoviae, a. 1466 d. 27 Julii.

Premislaus, dux Tostensis, et alii nuntii Conradi et Margarethae, ducum Olesnensium, a regno Poloniae quinque milia florenorum pro hereditate Masoviensi soluta esse testantur.

Nos Przemislaus, Dei gracia dux Osvyanczimensis et Thosnensis, Conradus Przeczslawsky, Johannes Campczowsky, capitaneus Thosnensis, et Henricus Srzepkowicz significamus tenore presencium vniuersis et singulis, harum noticiam habituris: quomodo nomine et mandato preclarorum principum: domini Conradi et domine Margarethe, ipsius consortis, ducum Slezie, Olsnensis et Coslensis, quinque millia florenorum vngaricalium in auro de manibus magnifici et venerabilium dominorum: Jacobi de Dambno, suppremi thezaurarii regni Polonie, Cracouiensis, Beczensis et Sandeczensis capitanei, Johannis Rzeschowsky, canonici Cracouiensis et Noue Ciuitatis Corczin capitanei, et Stanislai Visliczski, secretariorum regalium, nomine serenissimi principis et domini, domini Kazimiri,

Dei gracia regis Polonie, magni ducis Litwanie, Russie Prussieque domini et heredis, domini nostri graciosissimi, nobis data pro termino sancti Jacobi anni currentis in vim prime solucionis in extenuacionem viginti millium florenorum iuxta tenorem littere contractus, inter maiestatem regiam et dominum prefatum ducem Conradum Slezie et eius consortem prefatam occasione terrarum Mazouie et Russie facti, tulimus, leuauimus et percepimus realiter et cum effectu ac quittacionis litteram certi tenoris, sigillis appensis predicti domini ducis Conradi et eius consortis commvnitam, in manus prefatorum dominorum: Jacobi de Dambno, regni Polonie suppremi thezaurarii, capitanei etc., Johannis Rzeschowsky, canonici Cracouiensis, et Stanislai Visliczsky, secretariorum regalium, dedimus et presentauimus. In cuius rei testimonium hanc litteram nos Przemislaus, dux prelibatus, secreto nostro et ego Conradus sigillo meo consignauimus, quibus nos omnes ista vice utimur. Datum Cracouie die dominica proxima post festum sancti Jacobi apostoli anno Domini millessimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod Nr. 124; szeroki 33, wysoki 16 centymetrów.

Pieczęcie dwie wiszą na paskach pargaminowych.

Litografowana podobizna tego dokumentu znajduje się we „Wzorach pism dawnych“ Stronczyńskiego pod Nr. 59.

LXVII.

Cracoviae, a. 1467 d. 25 Julii.

Conradus, dux Olesnensis, eiusque uxor Margaretha secundam pensionem, tria milia florenorum, pro hereditate Masoviensi se a regno Poloniae accepisse fatentur.

Cunradus, Dei gracia dux Slesie, Olsnensis et Coslensis, et Margaretha ducissa, eadem gracia consors ipsius, nata olim illustris principis domini Semouiti, Mazouie et Russie ducis etc., signi-

ficamus tenore presencium, recognoscentes: quoniam in vim contractus, facti cum serenissimo principe et domino, domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Lithwanie, Russie Prussieque domino et herede etc., domino nostro gracioso, pro et super ducatibus et terris Mazouie et Russie, post mortem olim preclarorum dominorum: Semouiti, Kazimiri et Wladislai, fratrum seniorum, atque Semouiti et Wladislai, juniorum filiorum prefati Wladislai, ducum felicis recordij, derelictis, in extenuacionem debiti viginti millium florenorum pro secunda rata seu termino secundo et pro die sancti Jacobi apostoli hodierna iuxta tenorem literarum regalium prelibati serenissimi domini Kazimiri, Polonie regis, occasione predictorum ducatuum et terrarum Mazouie et Russie nobis obligatorum, tria milia florenorum hungaricalium in auro de manibus magnifici, generosi domini Jacobi de Dambno, regni Polonie thezaurarii supremi, Cracouiensis, Becensis et Sandecensis capitanei, de mandato predicti serenissimi domini regis, per manus nobilis Cunradi de Przeczlawicze, secretarii nostri, cum pleno mandato et omnimoda potestate per nos missi et deputati, tulimus, percepimus ac realiter cum effectu leuauimus. De quibus quidem tribus milibus florenorum prefatum dominum Kazimirum regem et maiestatis sue heredes et successores, Polonie reges, pro tempore existentes, ac inclitum Polonie regnum quittamus, absoluimus ac liberos dimittimus per presentes, promittentes verbis nostris ducalibus et fide bona pro nobis nostrisque heredibus et successoribus, ipsum dominum regem, maiestatis eius heredes et successores regnumque Polonie pro eadem summa trium millium florenorum secunde rate seu termini secundi, veluti pretactum est, per se aut alias quascunque submissas personas, directe uel indirecte, via juris aut facti seu quocunque alio modo vel exquisito colore non impetere, non monere, non inquietare perpetue et in in ewm. Harum, quibus sigilla nostra subappensa sunt, testimonio literarum. Datum Cracouie ipso die sancti Jacobi apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównėm pod Nr. 140; szeroki 32, wysoki 26 centymetr.

Pieczęcie dwie, dobrze zachowane, wiszą na paskach pargaminowych.

LXVIII.

Cracoviae, a. 1467 d. 10 Augusti.

Duces auxiliorum, quae Casimiro, regi Poloniae, in bello Pruthenico succurrerant, cum illo de solvendis sex milibus ducentis viginti quatuor florenis stipendii paciscuntur.

Nos Johannes Schak de Elhothky, Johannes de Lubrancze, Hynko de Ostrow, Stanislaus de Skrzijnky, Derslaus Obluk, Ondrzeijek de Bijelay, Johannes Polok de Druszna, Mathias de Oleschnijcze, Dobrogostius Steffel, Olbracht Czech, Gijndrijch Pijwo, Johannes Wartha, Johannes de Elegart, Gyndrzych Pusdro, Paulus de Naymark, rothmagistri, recognoscimus tenore presencium quibus expedit vniuersis: quia cum serenissimo principe et domino Kazimiro, rege Polonie, magno duce Lijthwanie, Russie Prussieque domino et herede etc., facto justo compotu ac posita decenti racione pro omnibus annis, quibus in terris Prussie sue serenitati in ducentis viginti tribus equis stipendialiter seruiuimus, pro omnibus stipendiis, seruiciis, captiuitate, dampnis, debitis et oneribus omnibus, insuper solucionibus, per suam serenitatem nobis impensis ac per nos perceptis, hincinde excussis et defalcatis, remansit nobis sua serenitas in sex milibus ducentis viginti quatuor cum medio florenorum hungaricalium obligata. Cuius quidem summe florenorum, superius expresse, medietatem siue eorundem florenorum valorem, videlicet: tria milia centum cum duodecim florenis, a proxime venturo festo Natiuitatis Christi per annum, scilicet pro alio festo Natiuitatis Domini, et alteram medietatem, scilicet tria milia centum duodecim cum medio florenorum hungaricalium siue etiam eorundem valorem, pro tercio festo Natiuitatis Domini, extunc immediate afuturo, in verbo suo regio in ciuitate sua Cracouiensi sua serenitas nobis promisit, astrinxit et obligauit, se patentibus literis suis soluturum et in ciuitate Cracouiensi in manus nostras effectualiter repositurum. In casu autem, quo sua serenitas pro aliquo terminorum prescriptorum pretactarum sum-

marum solucionem nobis impendere neglexerit aut non curauerit, extunc habebimus omnimodam facultatem omnia faciendi, quecunque in literis sue serenitatis continentur, tamdiu, quousque earundem summarum plenariam solucionem et satisfaccionem per suam serenitatem aut eiusdem successores fuerimus consecuti. Et ideo omnes et singulas literas indempnitatis et quarumcunque inscripcionum, quas a sua serenitate aut eiusdem capitaneis habuimus vel habemus, sue serenitati infra hinc ad primum terminum solucionis restituere tenemur et debemus, si que hactenus non forent sue serenitati restitute. Et nichilominus tales literas, siue restitutas, siue non restitutas, etiam et perditas quomodolibet vel ammissas, seu quomodolibet ocultatas vel detentas, presentibus cassamus, anullamus et mortificamus in perpetuum et illis amplius et de cetero vti non debemus vno ingenio vel colore et insuper suam serenitatem et regnum Polonie pro omnibus stipendiis, dampnis, captiuitatibus, debitis et seruicijs nostris presentibus solutos assecuratosque reddimus presentibus et quittamus, excepta tamen litera, nobis per serenissimum dominum regem prefatum super mille sexagenas data. Harum, quibus sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum Cracouie feria secunda ipso die sancti Laurencii martiris anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiwum Głównem pod Nr. 1218; szeroki 37, wysoki 23 centymetry.

Po trzech *pieczęciach* pozostały paski pargaminowe.

LXIX.

Glivice, a. 1468 d. 11 Januarii.

Janussius, dux Glivicensis, prorogat Casimiro, regi Poloniae, annum ad solvenda duo milia florenorum debiti.

Janussius, Dei gracia dux Slesie, Hliwicensis etc., significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis: quod, quia serenissimo principi domino Kazimiro, regi Polonie, magno duci Lithwanie, Russie Prussieque domino et heredi etc., domino nostro graciosissimo, pro certis summis pecuniarijs, videlicet: mille et quadringentis florenis hungaricalibus, dudum et per prius sue serenitati mutuatis, nec non pro sexingentis etiam florenis hungaricalibus puri auri et iusti ponderis in paratis, postremo per nos sue serenitati mutuo datis, pro quibus soluendis ipse serenissimus dominus noster rex cum certis suis fideiussoribus nobis se specialiter inscripserunt, terminum vlteriorem solucionis summarum premissarum hungaricalium florenorum, videlicet a festo Purificacionis gloriosissime virginis Marie, proxime affuturo, vsque ad aliud festum eiusdem Purificacionis Marie, de mera, libera et spontanea nostra voluntate concessimus ac prorogavimus concedimusque et conferimus, tenore presencium mediante. Ideo prescripta in totali summa duo milia florenorum vna cum ducentis florenis hungaricalibus racione solarij a prenominatis duobus milibus florenorum, nobis mutuatis, ad prescriptum terminum ipse serenissimus dominus noster rex in verbo suo iuxta tenorem sue serenitatis literarum, nobis desuper traditarum, soluere tenebitur et debebit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Illiwicze fferia secunda ante ffestum sancte Prisce virginis anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiwum Głównem pod Nr. 802; szeroki 29, wysoki 15 centymetrów.

Pieczęć, dobrze zachowana, znajduje się w pargaminowém obszyciu.

Hliwicze, Gliwice (Gleiwitz)— miasto powiatowe na Szlązku w opolskim obwodzie regencyjnym.

Hanusz, ks. oświecimski, pisał się po sprzedaży Oświecimia księciem na Gliwicach.

LXX.

Sternberg, a. 1468 d. 19 Junii.

Albrechto Kostka de Postupice a Casimiro, rege Polniae, trecenti floreni, pars trium milium florenorum stipendii, solvuntur.

Ja Albrecht Kostka z Postupicz a s Helffensstaynu, ffoyt markrabstwie Luziczkeho, wyznawam tiemto listem obecznie przyedewssiemi, ktoz giey vzrzie, neb cztucz slyssieti budu: iakoz mam od nayjasnieyssieho knieziete a pana, pana Kazimira, krale polskeho a welikeho knieze Litewskeho, Ruskeho a Pruskeho diedicze, list na mu sluzbu, kteryz swiedczi na trzi tisicze zlattich czierwenich vherskich dobrich, na kteryzto list geho milost kralowska wydal mi gest sumu giz nyekteru, jakozto dale a ssirzie vkazuge quitanczi ma, ruku mu podepsana; a nynie opiet na tyz list a sumu geho milost kralowska dal mi gest trzista zlatich, z kterychzto trziseth zlattich, odemne przigatich, ja swrchupsany Albrecht moczi tohoto listu quitugi a prazdna czinim y propusstiem, a geho milosti kralowske ani geho buduczich slibugi tiemto listem z tiech trzista zlatich wiecz ne vpominati. Toho na swiedomie a pro lepssi gistotu swu wlastni peczet przywiesyl sem k tomuto listu. Genz gest dan a psan na Ssternbercze tu nediely po Boziem Tiele letha Bozieho tisiczeho cztyrsteho ssiedesateho osmeho.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiwum Głównem pod Nr. 1338, szeroki 24 i pół, wysoki 17 centymetr.

Szczątki *pieczęci* wiszą na pasku pargaminowym.

LXXI.

Cosel, a. 1468 d. 25 Julii.

Conradus et Margaretha, duces Olesnenses, tria milia florenorum tertiam pensionem pro hereditate Masoviensi sibi a Casimiro, rege Polonie, soluta esse testantur.

Conradus, Dei gracia dux Slesie, Olesznensis et Kozlensis, et Margaretha ducissa, eadem gracia consors ipsius, nata olim illustris principis domini Semowiti, Mazowie et Russie ducis etc., significamus tenore presencium, recognoscentes: quomodo dum in vim contractus, facti cum serenissimo principe et domino, domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Lithwanie, Russie Prussieque domino et herede etc., domino nostro gracioso, pro et super ducatibus et terris Mazouie et Russie, post mortem olim preclarorum dominorum: Semoviti, Kazimiri et Wladislai, fratrum seniorum, atque Semowiti et Wladislai, juniorum filiorum prefati Wladislai, ducum felicis recordij, derelictis, in extenuacione debiti viginti milium florenorum pro prima ratha quinque milia florenorum in auro, pro secunda vero ratha tria milia florenorum, similiter in auro, plenarie et ad integrum per certos nostros factores et nuncios ab eodem domino Kazimiro, Polonie rege, effectualiter tulissemus. De quibus prefatum dominum Kazimirum regem regnumque Polonie eorumque heredes et successores per alias nostras litteras fecimus et ex superhabundanti tenore presencium facimus quittatum et absolutum. Die vero hodierna pro tercia ratha seu pro termino tercio et pro die sancti Jacobi apostoli presenti iuxta tenorem litterarum regalium prelibati serenissimi domini Kazimiri, Polonie regis, occasione dictorum ducatuum et terrarum Mazouie et Russie nobis obligatorum, iterum tria milia florenorum hungaricalium in auro de manibus venerabilis domini Johannis Rzeschowsky, scolastici Sandomiriensis, canonici Cracouiensis et secretarii regie maiestatis, de mandato predicti serenissimi domini regis, per manus nobilium Stanislai Rudsky et Henrici Rzebkowicz, consiliariorum nostro-

rum, quibus ad id plenum mandatum dederamus et contuleramus et omnimodam potestatem presencium tenore damus et conferimus, tulimus, percepimus ac realiter cum effectu leuavimus. De quibus quidem tribus milibus florenorum prefatum dominum Kazimirum regem et maiestatis sue heredes et successores, Polonie reges, pro tempore existentes, ac inclitum Polonie regnum quittamus, absolvimus ac liberos dimittimus per presentes; promittentes verbis nostris ducalibus et fide bona pro nobis, nostris quoque heredibus et successoribus, ipsum dominum regem, maiestatis eius heredes et successores regnumque Polonie pro eadem summa trium milium florenorum tercie rathe seu termini tercij, veluti pretactum est, per se aut alias quascunque submissas personas, directe vel indirecte, via juris aut facti seu quocunque alio modo vel inquisito colore non impetere, non monere, non inquietare perpetue et in ewm. Harum, quibus sigilla nostra subappensa sunt, testimonio litterarum. Datum in Kozel feria secunda ipso die sancti Jacobi apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównem pod Nr. 141; szeroki 30, wysoki 24 centymetry.

Pieczęcie dwie, dobrze zachowane, wiszą na paskach pargaminowych.

LXXII.

Cracoviae, a. 1468 d. 25 Julii.

Nuntii Conradi et Margarethae, ducum Olesnensium, se tria milia florenorum tertiam pensionem pro hereditate Masoviensi a regno Poloniae accepisse declarant.

Stanislaus Rudsky et Henricus Srzebkowicz significamus tenore presencium vniuersis et singulis, horum noticiam habituris: quomodo nomine et mandato preclarorum principum, domini Cunradi et domine Margarethe, ipsius consortis, ducum Slesie, Olsnensis et Koslensis, tria milia florenorum hungaricalium in auro de

manibus venerabilis domini Johannis Rzeschowsky, scolastici Sandomiriensis, canonici Cracouiensis et regie maiestatis secretarij, nomine serenissimi principis et domini, domini Kazimiri, Dei gracia regis Polonie, magni ducis Lithuanie, Russie Prussieque domini et heredis, domini nostri graciosissimi, nobis data pro termino sancti Jacobi anni currentis in vim tercie solucionis in extenuacionem viginti millium florenorum iuxta tenorem litere contractus, inter maiestatem regiam et dominum prefatum ducem Cunradum Slesie et eius consortem prefatam occasione terrarum Mazouie et Russie facti, tulimus, leuavimus et percepimus realiter et cum effectu ac quittacionis literam certi tenoris, sigillis appensis predicti domini ducis Cunradi et eius consortis communitam, in manus prefati domini Johannis Rzeschowsky, canonici Cracouiensis, secretarij regie maiestatis, dedimus et presentavimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Cracouie feria secunda ipso die sancti Jacobi apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 142, szeroki 32, wysoki 17 i pół centymetra.

Po dwóch *pieczęciach* pozostały paski pargaminowe.

LXXIII.

Cracoviae, a. 1469 d. 30 Maii.

Premislaus, dux Tostensis, una cum commilitonibus Casimirum, regem Poloniae, sibi pro stipendiis in Prussia meritis satisfecisse testatur.

Nos Przyemko, Dei gracia dux Slesie et Thossnensis, nec non Hanus Herborth de Wladin, Mikulass Holessowsky de Rythlow, rothmagistri, vna cum comittiva nostra, tenore presencium recognoscimus vniuersis: quia serenissimus princeps et dominus, dominus Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres, dominus noster graciosissi-

mus, pro omnibus seruicijs, dampnis, que sue serenitati in terris Prusie stipendialiter exhibuimus, totalem, finalem ac effectualem solucionem impendit et in signum vere et totalis solucionis litteras nostras indempnitatis, nobis per suam serenitatem datas, sue serenitati restituimus, et si quas alias habuerimus, uel aliquis ex comittiva nostra habuerit, illas presentibus mortificamus, cassamus nulliusque vigoris et momenti fore volumus. Et ideo ipsum serenissimum dominum regem et regnum sue serenitatis Polonie racione dictorum seruiciorum, per nos, ut prefertur, in terris Prusie exhibitorum, nostro et comittive nostre nominibus per presentes quittamus, absoluimus et absolutos reddimus. In quorum omnium fidem et testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum Cracowie feria tercia proxima post festum sancte Trinitatis anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod Nr. 800; szeroki 25, wysoki 24 centymetry.

Pieczęć jedna wisi na pasku pargaminowym; po dwóch innych pozostały paski pargaminowe.

LXXIV.

Olesnica, a. 1469 d. 25 Julii.

Conradus et Margaretha, duces Olesnenses, sibi a regno Poloniae tria milia florenorum, quartam pensionem pro hereditate Masoviensi, soluta esse testantur.

Cunradus, Dei gracia dux Slezie, Oleschnensis et Koslensis, et Margaretha ducissa, eadem gracia consors ipsius, nata olim illustris principis domini Semouiti, Mazouie et Russie ducis etc., significamus tenore presencium vniuersis, recognoscentes: quod dum in vim contractus, facti cum serenissimo principe et domino, domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Litwanie, Russie Prussieque domino et herede etc., domino nostro gracioso, pro et super ducatibus et terris Mazouie et Russie, post mortem

olim preclarorum dominorum: Semouiti, Kazimiri et Wladislai, fratrum seniorum, atque Semouiti et Wladislai, iuniorum filiorum prefati Wladislai, ducum felicis recordij, derelictis, in extenuacionem debiti viginti milium florenorum pro quarta ratha seu pro quarto termino et pro die sancti Jacobi appostoli presenti iuxta tenorem litterarum regalium prelibati serenissimi domini Kazimiri, Polonie regis, occasione dictorum duccatuum et terrarum Mazowie et Russie nobis obligatorum, item tria milia florenorum hungaricalium in auro de manibus wenerabilis et honorabilis Johannis Rzeschowski, skolastici Sandomiriensis, canonici Cracouiensis et thezaurarii regni Polonie, ac Thome Tromczijnski, canonici Poznaniensis, thezaurariorum regalium, nomine de mandato predicti serenissimi domini regis per manus nobilium Stanislai Rusczki et Henrici z Rzepkowicz, consiliariorum nostrorum, quibus ad id plenum mandatum et omnimodam potestatem presencium tenore damus et conferimus dedimusque et contulimus, percepimus ac realiter et cum effectu leuauimus. De quibus quidem tribus milibus florenorum, vt prefertur, pro quarta rata seu pro quarto termino per nos perceptorum, prefatum dominum Kazimirum regem et maiestatis sue heredes et successores, Polonie reges, pro tempore existentes, ac inclitum Polonie regnum quittamus, absoluimus ac liberos dimittimus per presentes; promitentes verbis nostris ducalibus et fide bona pro nobis, nostris quoque heredibus et successoribus ipsum dominum regem maiestatisque eius heredes et successores regnumque Polonie pro eadem summa trium milium florenorum quarte rate seu termini quarti, veluti pretactum est, per se aut alias quascunque submissas personas, directe vel indirecte, via iuris aut facti, seu quocunque alio modo vel exquisito colore non impetere, non monere, non inquietare perpetue et in ewum. Litterasque inscripcionum et obligatorias, quas a prefato domino Kazimiro, rege Polonie, super prefatis viginti milibus florenorum obtinemus, circa solucionem residuitatis viginti milium florenorum pro vltima rata seu pro vltimo termino sue serenitati vel factoribus sue serenitatis, qui protunc eandem residuitatem dictorum viginti milium florenorum nomine sue serenitatis nobis persoluerint, similiter sub verbis nostris ducalibus et fide bona in pretorio ciuitatis Cracouiensis restituere promittimus et obligamur.

Harum, quibus sigilla nostra sunt subappensa, testimonio litterarum. Datum in Oleschnicza feria tercia ipso die sancti Jacobi appostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod N. 127; szeroki 40, wysoki 21 centymetrów.

Pieczęcie dwie, dobrze zachowane, wiszą na paskach pargaminowych.

LXXV.

Cracoviae, a. 1469 d. 25 Julii.

Nuntii Conradi et Margarethae, ducum Olesnensium, se tria florenorum, quartam pensionem pro hereditate Masoviensi, a regno Poloniae accepisse testantur.

Stanislaus Rusczky et Henricus z Rzepkowicz significamus tenore presencium vniuersis, harum noticiam habituris: quoniam nomine et mandato preclarorum principum: domini Cunradi et domine Margarethe, ipsius consortis, ducum Slezie, Oleschnensium et Koschliensium, tria milia florenorum hungaricalium in auro de manibus wenerabilis ac honorabilis dominorum: Johannis Rzeshowski, scolastici Sandomiriensis, canonici Cracouiensis ecclesiarum et thezaurarii regni Polonie, ac Thome Tromczynski, canonici Poznaniensis et thezaurariorum regalium (!), in castro Cracouiensi notarii, nomine serenissimi principis et domini, domini Kazimiri, Dei gracia regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi nobis data pro termino sancti Jacobi anni currentis in vim quarte solucionis in extenuacionem viginti milium florenorum iuxta tenorem litere contractus, inter maiestatem regiam et dominum prefatum ducem Cunradum Slezie et eius consortem prefatam occasione terrarum Mazowie et Russie facti, tulimus, leuauimus et percepimus realiter et cum effectu ac quitacionis litteram certi tenoris, sigillis appensis predicti domini ducis Cunradi et eius consortis communitam, in manus prefatorum dominorum: Johannis Rzeschowski, thesaurarii,

et Thome Tromczynski, notarii, dedimus et presentauimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum Cracovie feria tercia ipso die sancti Jacobi appostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiwum Głównėm pod Nr. 573; szeroki 32, wysoki 15 centymetrów.

Pieczęcie dwie wiszą na paskach pargaminowych.

LXXVI.

Olesnica, a. 1470 d. 25 Julii.

Conradus et Margaretha, duces Olesnenses, regnum Poloniae tria milia florenorum, quintam pensionem pro hereditate Masoviensi, sibi solvisse testantur.

Cunradus, Dei gracia dux Slezie, Oleschnensis et Koslensis, et Margaretha ducissa, eadem gracia consors ipsius, nata olim illustris principis domini Semouiti, Mazouie et Russie ducis etc., significamus tenore presencium vniuersis, recognoscentes: quomodo dum in vim contractus, facti cum serenissimo principe et domino, domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie, magno duce Lithwanie, Russie Prussieque domino et herede etc., domino nostro gracioso, pro et super ducatibus et terris Mazowie et Russie, post mortem olim preclarorum dominorum: Semouiti, Kazimiri et Wladislai, fratrum seniorum, atque Semouiti et Wladislai, juniorum filiorum prefati Wladislai, ducum felicis recordij, derelictis, in extenuacionem debiti viginti milium florenorum pro quinta rata seu pro quinto termino et pro die sancti Jacobi apostoli presenti iuxta tenorem litterarum regalium prelibati serenissimi domini Kazimiri, Polonie regis, occasione dictorum duccatuum et terrarum Mazouie et Russie nobis obligatorum, item tria millia florenorum hungaricalium in auro de manibus wenerabilis Johannis Rzeschowski, skolastici Sandomiriensis, canonici Cracouiensis et thezaurarii regni Polonie, de mandato predicti serenissimi domini regis per

manus nobilium Stanislai Rusczki et Clementis de Jakschonow, consiliariorum nostrorum, quibus ad id plenum mandatum et omnimodam potestatem presencium tenore damus et conferimus dedimusque et contulimus, percepimus ac realiter et cum effectu leuauimus. De quibus quidem tribus milibus florenorum, vt prefertur, pro quinta rata seu pro quinto termino per nos perceptorum, prefatum dominum Kazimirum regem et maiestatis sue heredes et successores, Polonie reges, pro tempore existentes, ac inclitum Polonie regnum quittamus, absoluimus ac liberos dimittimus per presentes; promittentes verbis nostris ducalibus et fide bona pro nobis nostrisque heredibus et successoribus, ipsum dominum regem maiestatisque eius heredes et successores regnumque Polonie pro eadem summa trium milium florenorum quinte rate seu termini quinti, veluti pretactum est, per se aut alias quascunque submissas personas, directe vel indirecte, via juris aut facti, seu quocunque alio modo vel exquisito colore non impetere, non monere, non inquietare perpetue et in ewum. Litterasque inscripcionum et obligatorias, quas a prefato domino Kazimiro, rege Polonie, super prefatis viginti milibus florenorum obtinemus, circa solucionem residuitatis viginti milium florenorum nomine sue serenitatis pro vltima rata seu pro vltimo termino sue serenitati vel factoribus serenitatis sue, qui protunc eandem residuitatem dictorum viginti milium florenorum nomine serenitatis sue nobis persoluerint, similiter sub verbis nostris ducalibus et fide bona in pretorio ciuitatis Cracouiensis restituere promittimus et obligamur. Harum, quibus sigilla nostra sunt subapensa, testimonio litterarum. Datum in Oleschnicza feria quarta ipso die sancti Jacobi apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiwum Głównem pod Nr. 191; szeroki 30, wysoki 22 centymetry.

Pieczęcie dwie uszkodzone wiszą na paskach pargaminowych.

Litografowana podobizna tego dokumentu wydana przez Stronczyńskiego w „Wzorach pism dawnych" pod Nr. 61.

LXXVII.

Cracoviae, a. 1470 d. 25 Julii.

Nuntii Conradi et Margarethae, ducum Olesnensium, se tria milia florenorum, quintam pensionem pro hereditate Masoviensi, a regno Poloniae accepisse declarant.

Stanislaus Rusczki et Clemens de Jakschanow significamus tenore presencium vniuersis, harum noticiam habituris: quomodo nomine et mandato preclarorum principum: domini Cunradi et domine Margarete, ipsius consortis, ducum Slezie, Oleschnensis et Koschlensis, tria milia florenorum hungaricalium in auro de manibus wenerabilis domini Johannis Rzeschowski, scolastici Sandomiriensis, canonici Cracouiensis ecclesiarum et thezaurary regni Polonie, nomine serenissimi principis domini et domini Kazimirj, Dei gracia regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, nobis data pro termino sancti Jacobi anni currentis in vim quinte solucionis in extenuacionem viginti milium florenorum iuxta tenorem litere contractus, inter maiestatem regiam et dominum prefatum ducem Cunradum Slezie et eius consortem prefatam occasione terrarum Mazowie et Russie facti, tulimus, leuauimus et percepimus realiter et cum effectu ac quittacionis litteram certi tenoris, sigillis appensis predicti domini ducis Cunradi et eius consortis communitam, in manus prefati domini Rzeschowski, thezaurarii, dedimus et presentauimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum Cracouie feria quarta ipso die sancti Jacobi appostoli anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównem pod Nr. 1099; szeroki 27, wysoki 22 centymetry.

Pieczęcie dwie, dobrze zachowane, wiszą na paskach pargaminowych.

LXXVIII.

Cracoviae, a. 1471 d. 4 Septembris.

Casimirus, rex Poloniae, fert condiciones pacis cum civitatibus Silesiacis faciendae.

Kazimirus, Dei gracia etc., significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo certis causis animum nostrum ad id mouentibus precibusque oratorum reuerendi patris et illustrium principum dominorum: Rudolphi, episcopi Wratislauiensis, appostolice sedis legati, Nicolai Opoliensis, Conradi Albi Woloviensis, Henrici Maioris Glogowie et Baltazar Zaganensis, ducum, nec non consulum et communitatum ciuitatum: Wratislaviensis, Namislow, Nouifori, ac sex ciuitatum, videlicet: Zithawa, Gyerlicza, Bwdyschyn, Lobe, Lwban, Camencz, et ducatuum: Swidnyczensis et Jaworiensis, inferioris quoque et superioris Luzacie, ad nos in hac parte missorum, videlicet: magistri Baltazar Pawlaw, canonici Wratislauiensis, Malcher Goer, Hencza Hawgwicz et Luce Eysynreych, capitanei Wratislaviensis, desuper nobis oblatis zeloque pacis permoti, cum prefatis dominis: episcopo et ducibus ciuitatibusque et comunitatibus eorundem, ciuitatibus etiam predicti domini episcopi Wratislauiensis inclusis, nec non eorum subditis, ecclesiasticis et secularibus, prelatis, baronibus, proceribus, nobilibus, ciuibus et incolis et quibusuis ipsorum adherentibus et auxilia prestantibus, cuiuscunque status, gradus, condicionis et preeminencie censeantur, infra hinc a die date presencium vsque ad festum Conuersionis beati Pauli, proxime futurum, ad occasum solis eiusdem diei inclusiue, per medium oratorum predictorum veras et christianicas sufferencias et pacis treugas, verbo nostro regio et ritu catholico obseruandas, inijmus, fecimus, firmauimus inijmusque, facimus et firmamus, tenore presencium mediante, iuxta vim et tenorem articulorum infrascriptorum. Inprimis pollicemur, promittimus et spondemus, quod, durantibus huiusmodi treugis pacis et inducijs, ipsos dominos: episcopum et duces, nec

non ciuitates, communitates earum eorumque incolas et subditos, superius expressos, per se aut submissas personas, directe vel indirecte, publice vel oculte, bellicis strepitibus aut alijs quibuscunque modis non turbabimus, molestabimus aut vexabimus quoquo modo, neque municiones et castra nostra, ipsis vicina et contigua, aut alia quecunque fortalicia alijs, ipsos vel eorum aliquem turbare, molestare vel dampnificare volentibus, communicabimus, aut alios quosuispiam hostes eorum aduersus eorum insidias preseruabimus in eis vel paciemur, ymmo quibusuis occasionibus, dolis, modis, coloribus vel ingenijs, humanam racionem et ingenium quomodolibet perturbantibus aut variantibus, semotis, subditos nostros, eosdem turbare, molestare aut vexare volentes, prohibebimus et prohibere tenebimur. Item promittimus et spondemus, quod mercatoribus et nunccijs ipsorum cum suis indigencijs mercibusque, cuiuscunque manericij existant, in regnum et queuis dominia nostra causa mercandi et negociandi tutus patebit aditus, ingressus et regressus, exceptis ad nostram huiusmodi intelligenciam accedere nolentibus, quibus premissa tenere minime volumus obligari, et quos tales pars tenens et obseruans nobis celerius tenebitur et teneatur publicare. Vbi vero, humana swadente malicia, quispiam subditorum nostrorum ausu temerario nobis inscijs alicuipiam illorum aliquam molestiam, quod absit, irrogare vel inferre presumserit, per hoc nihilominus treugas pacis et sufferencias huiusmodi nolumus violari, quin ymmo ipsas volumus et promittimus per nos et subditos nostros firmiter, inviolabiliter et inconcusse obseruari. Iniuriam vero passi ad superiorem pro iusticia recurrere tenebuntur, pro illatis iniurijs justiciam et satisfactionem expetituri et recepturi. Propterea, quia predicti oratores propter carenciam sigillorum dominorum suorum presentes treugas pacis condigne munire et obfirmare nequiuerunt, igitur pro maiori robore premissorum tenebuntur et debebunt hinc ad quinque septimanas literas sufferenciarum huiusmodi, iuxta minutam eorum desuper confectas, in ciuitate Wijelunensi ad manus capitanei reponere, sigillis dominorum suorum, a quibus fuerant missi, communitam, et nostram iuxta presentem minutam apud eundem capitaneum recipere reuersalem. Quod si facere renuerint, extunc ipsas treugas pacis nullius esse volumus roboris vel momenti. Harum etc.

Datum Cracovie feria quarta proxima ante Natiuitatem Marie millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XII. 15.

Gdy po śmierci Jerzego Podjebrada na tron czeski powołany został królewicz polski Władysław, dolny Szląsk z Wrocławiem nie uznał tego wyboru, nie chcąc zrywać z Maciejem węgierskim. Aby zaś zapobiedz wojnie Macieja z Polską, udało się poselstwo szląskie do króla Kazimierza z propozycyą rozjemstwa. Kazimierz nie godząc się na nie, podyktował powyższe waruuki pokoju, które jednakże Wrocławianie odrzucili (Eschenloer p. 243).

Namyslow, Namysłów (Namslau),
Novum forum, Nowy Targ (Neumarkt)—miasta powiatowe w obwodzie rej. wrocławskim.
Gyerlicza, Zgorzelice (Görlitz),
Lobe, Lubin (Lüben),
Luban, Lubań (Lauban) — miasta powiatowe w obwodzie rej. lignickim.
Zithawa, Żytawa (Zittau),
Budyschyn, Budziszyn (Bautzen),
Camencz, Kamieniec — miasta górno-łużyckie w król. saskiém.

LXXIX.

Cracoviae, a. 1471 d. 4 Septembris.

Legati civitatum Silesiae condiciones pacis, cum regno Poloniae iungendae, litteris reversalibus accipiunt.

Nos Rudolphus, Dei gracia episcopus Wratislauiensis, sedis appostolice legatus, Nicolaus Oppoliensis, Conradus Albus Woloniensis, Henricus Maioris Glogowie et Baltazar Zaganensis, duces, nec non consules et comunitates ciuitatum: Wratislauiensis, Namislow, Nouifori ac sex ciuitatum, videlicet: Zytawa, Gyerlicza, Budischyn, Lobe, Lwban, Camenyecz cum ducatibus Swydnyczensi et Jaworiensi, item inferiori et superiori Luzacia, item ciuitatum predicti domini episcopi Wratislauiensis, significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, harum noticiam habituris: quomodo gwerrarum disturbia, que principatus et dominia dissipant et eneruant, fugere cupientes, vt, armorum stridore deposito, in pacis dulcedine pacis auctorem liberius colere valeamus, cum serenissimo principe et domino, domino Kazimiro, Dei gracia rege Polonie etc., domino nobis gracioso, ac sue serenitatis subditis,

ecclesiasticis et secularibus, prelatis, baronibus, proceribus, nobilibus, ciuibus et omnibus Polonie regnicolis et quibusuis sue serenitatis adherentibus et auxilia parantibus, cuiuscunque status, gradus et condicionis censeantur, infra hinc a die date presencium vsque ad festum Conuersionis sancti Pauli, proxime futurum, ad occasum solis eiusdem dieij inclusiue, per medium oratorum et nunctiorum nostrorum, videlicet: venerabilis magistri Baltazar Pawlaw, canonici Wratislaviensis, ac famosorum et nobilium: Melcher Goer, Hencze Haugwicz et Luce Eyzynreijch, capitanei Wratislaviensis, quos ad sue serenitatis conspectum pro hys petendis pridem misimus, veras et christianicas sufferencias et treugas pacis, pura fide, rite et katholice obseruandas, hincinde inijmus, fecimus, firmauimus inimusque, facimus et firmamus, tenore presencium mediante, juxta vim et tenorem articulorum, inferius descriptorum. Inprimis itaque pollicemur, promittimus et spondemus, quod, durantibus huiusmodi treugis et inducijs pacis, nullum subsidium pecuniarum aut gencium, armorum serenissimo principi domino Mathie, regi Hungarie, siue parti eidem adherenti dabimus, nec eum vel partem suam aut alium quemcunque regium hostem quibuscunque auxilijs, consilijs, publice vel occulte, directe vel indirecte, interim iuuabimus, eciam suas armorum gentes, si que inhactenus in terris et possessionibus nostris existunt, vel in posterum easdem subintrare contingerit, suo aut seruilium vel quocunque alio nomine ad seruicia quecunque transeuntes, in dampnum prefati serenissimi domini regis Polonie ad ciuitates, castra et fortalicia nostra non mittemus, nec eis aliquibus presidijs suffragari debebimus, non obstantibus quibusuis occasionibus, dolis, modis vel ingenijs, quibus humana industria presentem inscripcionem infringere, sive sensum eiusdem immutare posset, quod preiudicaret prefato serenissimo domino regi et sue serenitatis subditis, spiritualibus et secularibus, publice vel occulte. Item nulla fortalicia aut loca, incastellacione et occupacione apta, in terris et possessionibus nostris in dampnum prefati serenissimi domini regis et regni Polonie firmare per quempiam aut incastellari sinemus, seu quouis modo permittemus aut paciemur, quin pocius eorundem incastellacionem et occupacionem cohibere tenebimur et debebimus. Item mercatores, vectores et quosuis negociatores regni

Polonie, in ducatibus et possessionibus nostris ac ciuitatibus, opidis et quibusuis alijs locis ducatuum et possessionum nostrarum mercaturas et negociaciones suas exercentes, tuta, plena et omnimoda securitate pocientur et gaudebunt, qui eiusdem mercature et negociacionis sue officia illic tute et secure pro libito exercebunt. Nuncijs insuper regie maiestatis per ducatus et possessiones nostras tutus patebit in regnum Bohemie et vbilibet ingressus et regressus; quos per ciuitates, castra, fortalicia, villas et queuis loca territoriorum nostrorum ire et redire secure permittemus sine quauis molestia offensa vel aresto. Vbi vero aliqui ex suprascriptis ad nostram nollent accedere intelligenciam, volumus et promittimus, tanto celerius domino regi significare. Nos itaque Rudolphus, duces et ciuitates prescripti primum pro nobismet ipsis ac demum pro omnibus subditis nostris et nobis adherentibus, prelatis, ecclesiasticis et secularibus, baronibus, militibus, nec non ciuitatibus, castris, fortalicijs et eorum inhabitatoribus et incolis, quibuscunque nominibus nuncupentur, qui sub ducatibus et possessionibus nostris consistunt, promittimus sub bona fide christianica et honore nostris, prefato serenissimo regi Polonie ac sue serenitatis incolis, spiritualibus et secularibus, subditis, nec non adherentibus et auxilia parantibus omnia et singula prescripta firmiter, inviolabiliter et inconcusse fideliterque, vere et effectiue tenere et obseruare tenerique et obseruari facere, omnibus dolis, ingenijs et coloribus procul motis. Vbi vero humana svadente malicia, quispiam subditorum nostrorum serenissimi domini regis et regni Polonie subditis ausu temerario nobis inscijs aliquam molestiam, quod absit, inferre vel irrogare presumpserit, per hoc nichilominus pretacte treuge pacis violari non debebunt, sed iniuriam passus ad superiorem recurrere tenebitur, pro illatis iniurijs iusticiam et satisfactionem petiturus et recepturus. Et quia propter carenciam sigillorum dominorum nostrorum presentes treugaspacis scriptis condignis nos oratores et nuncij prefati munire et obfirmare nequiuimus, promittimus igitur sub bona fide, quod domini nostri suprascripti, quorum legacionem fungimur, infra hinc ad quinque septimanas debebunt et tenebuntur literam pergameneam sufferenciarum, iuxta minutam presentem confectam, in ciuitate Welunensi ad manus capitanei reponere, sigillis eorum communitam, et ibidem recipere no-

stram reuersalem. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum has literas scribi et sigillis nostris iussimus appensione communiri. Actum et datum Cracovie feria quarta proxima ante festum Natiuitatis Marie anno Domini MCCCCLXX primo. Et nos oratores predicti in robur explicacionis premissorum sigillo vnius nostrum presentes literas iussimus communiri; ad cuius recognicionem vnusquisque nostrum se manu propria subscripsit.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XII, 16.

LXXX.

Cracoviae, a. 1471 d. 5 Septembris.

Victorino, duci Munsterbergensi, litterae salvi conductus a Casimiro, rege Poloniae, dantur.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie etc., significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis: quod quia preclaro principi domino Victorino, duci Minsterburgensi, comiti Cloczensi, heredi in Kwnstath et Bodebradij (!) etc., ad nos siue ilustres natos nostros et ad presenciam ecclesiasticorum et secularium prelatorum, baronum regni nostri, nec non seruitorum, stipendariorum et subditorum nostrorum, cuiuscunque status, gradus et condicionis existant, nec non ad terras regni nostri, siue eciam exercitus nostros secure veniendi, standi, morandi, pausandi et negocia sua queque pro libito tractandi et iuxta necessitatem disponendi dispositisque vel indispositis eisdem negocijs, ad propria vel, vbi libuerit, tute et libere recedendi, abeundi et discedendi, saluis rebus suis ac persona, infra hinc a die date presencium ad anni medij decursum a reuolucione nostrum regium christianicum securitatis saluum conductum plenamque et omnimodam securitatem dedimus, donauimus damusque, donamus et conferrimus, tenore presencium mediante; promittentes in verbo nostro eidem duci Victorino pro nobis et illustribus natis nostris, nec non principibus,

ecclesiasticis et secularibus, baronibus, militibus, proceribus, clientibus et ciuitatibus et generaliter pro omnibus et singulis regnicolis ac adherentibus siue attinentibus nobis et seruitoribus, stipendarijs, potencijs, exercitibusve nostris ac quibusuis subditis nostris, quod presentem nostrum salwm conductum in omnibus punctis, capitulis, articulis, clausulis et condicionibus firmiter et inconcusse, nec non rite et fideliter, absque omni dolo et fraude, tenebunt et inviolabiliter obseruabunt, omnibus ingenijs et coloribus procul motis. Quod si aliquis casus, quod absit, infausto euentu a quocunque nostrorum subditorum siue ad nos pertinencium eidem duci Victorino succederet, siue quod caperetur ac detineretur, aut quibuscunque alijs modis captiuitatis sponsione ligaretur, propter quod serenissimo regi Hungarie etc. statuere se non posset, et quod inde honoris sibi periculum immineret; extunc verbo nostro regio promittimus, quod propter suam eliberacionem contra quemlibet hominem, spiritualem vel secularem, prefato regi Hungarie volumus auxiliari, nec eum tamdiu relinquemus, quousque prefatus dux Victorinus pristine restituetur libertati et sui honoris potens erit. In cuius rei testimonium etc. Datum Cracovie ante Natiuitatis virginis Marie feria quinta proxima millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XII. 17.

LXXXI.

Nova Sandecz, a. 1471 d. 18 Octobris.

Victorino, duci Munsterbergensi, litterae salvi conductus a Casimiro, rege Poloniae, dantur.

Kazimir, z Bozy milosti kral Polsky etc., oznamugem tiemto listem wssem wuobecz y kazdemu zwlasstie, zie sme daali oswieczenemu Victorynowi, kniezeti Minsterberskemu, hraby Kladskemu, panu z Kunstatu a s Podiebrad, prawy gleytt a krzestanske

vbezpeczeni przed namy, przedewssemy syny nassymy y przedewssemy sluzebniky nassymi, duchownimy neb swietskymy, y przedewssy moczy a prawem swrchupsanich, tak aby on kniez Wictorin przedrzeczeni, budto sem k nam neb do zemie nassee przigel, aneb kadyzby gemu koly potrzebie bylo, swobodnie gezdyl a swe wieczy zgednage neb nezgednage, aby zase odgieti, kdezby se gemu zdalo, mohl bezpecznie bez nassy, wssech synow nassich y wssech sluzebnikow a poddanich nassich, duchownich neboly swietskijch, przekazy, k tomu sobie zadnich praw a wymisslenich obiczeguow k pomoczij neberucze. A gestli zieby se gemu kniezy Wictorinowy gmenovanemu yaka pnotka neb przihoda stala, zieby od koho yat byl aneb slibem zawazan aneb yakymzkoly gynnim obiczegem stawen, pro kterezto wiecz by se kraly Vherskemu stawiti ne mohl, azieby skrze to o swu czest przigiti gmiel, gehoz Pane Bozie racz ostrzieczy, tehdy mij gemu kniezy Wictorynowi przedrzeczenemu to slowem nassym kralowskym przirzekame, zie sie k tomu tak gmieti a przicziniti chczme (!), zie geij knieza Wictoryna czasto psanego zase prazdna a swobodna o toho (!), od kohozby koly k nam przislussegiczeho ijat byl neb stawen aneb slibem zawazan, vczinime, aby on se zase kraly Vherskemu postawiti mohl. A ten gleytt gemu kniezy Wictorinowy przedrzeczenemu za puol leta porzad zbiezleho (!) od dani tohoto listu trwati gma; ktezyto gleytt a bezpeczenstwy gemu kniezy Wictorinowy czasto psanemu slowem nassym kralowskym przirzekame, zie gemu cztnie namy, wssemy syny nassimy, wssemy sluzebniky y poddanimy nassimy, duchownimij y swietskijmij, y stranamy nas se przidrzegiczemy zdrzan bude bez przimisslenie wsselikterakeho. Tomu na potwrzeni peczet nassy kralowska (!) listowy tomu kazalisme przidawiti. Datum in Nowa Sandecz feria sexta festi beati Luce Evangeliste etc. anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Ad mandatum domini regis in consilio.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XII. 26.

LXXXII.

Sine loco, a. 1471 d. 31 Octobris.

Joannes, dux Saganensis, Casimiro, regi Poloniae, inimicitias minatur, nisi sibi stipendium solvatur.

Groszmechttigester konig, gnediger herre, vnsern dinst! Nochdem alzo itczund gewand ist, wir haben ewr koniclichin genodin geschrebin vnd habin in vnserim schrifftin ewrin genadin vormeldet, das ir wold den hoffemeister von Prewsin vnd den ordin anweyszin, das vns vnsere dinste vnd sold von im wurde, vnd haben herczog Konrado, vnserem vettir, dem Got gnode, ouch mit ewren gnadin lossin redin, vnd vnsere bruder herczog Balczer ouch dy seynen zcu ewren koniglichin genadin hot gesand, das ewre genade daran were, das vns auszrichtunge geschege. Also hot vnser bruder dy scholth von vnsers wettirlichin erbis wegin an vns brocht, dy genanthe scholth, alze nemlich firczig tewsind reinisch goldin. Also hatin wir czu dem hochmeister dy vnsern hyn eynen czu ijm geschicket vnd hatin yn vmb solche schuld losin manen, doher denne gar sine heliche antwort den vnserin gegeben hat. Sintemole wir an ijn solche schuld nicht habin mogen bekommen, so sint sie ewre koniglichin gnaden vndirthan, so sy denne ewre koniglichen gnadin vndirtane seyn, vnd vns nicht awsrichtunge geschen von yn magk, so mussin wir vnd an ewre koniglichin gnoden vnde den ewrin das vnsir irholen, wij wir mogen vnd wollen, das vnser ere ken ewre koniglichin gnaden vnd den ewren bewaret vnd ken den allen ewren helfirn helfirs helfern mit vnsirs helfirs helfirn, dy wir wff ewre koniglichin gnadin schadin brengin mochtin, dy sollin alle ir ere neben uns vorwaret habin. Vnd ab wir icht zcu kortcz adir zcu lang geschrebin hobin, das vnser ere vnd vnserin helfirs helfirn ere belangen, das wollin wir allis yn desm briffe bewareth haben. Datum in vigilia Omnium Sanctorum 1471. Johannes Herczog yn Slezien, zcum Zagen vnd Prebosz herre.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XII. 33.

LXXXIII.

Sine loco, a. 1471 d. 31 Octobris.

Exercitus Joannis, ducis Saganensis, Casimiro, regi Poloniae, militiam denegat.

Wir hir noch geschreben etc. enthpitten dem grosmechtigisten herren Kazimiro, konige zcu Polan etc., vnseren dinst. Also itczund gewandt ist, entczogen ewren koniglichen gnaden vnd ewren helfirn helfirs helfirn mit vnsirs helfirs helfir helfirs helfirn von wegen vnd nebin vnsirs gnedigsten herren Johanneszen, herczog yn Slezien, zcu Sagen vnd Prebus herre, vnd czihen vns des yn seynir genade ffede vnd ffrede vnd wellen das mit allen den, dij neben vns seyn vnd seyn werdin, vnsere ere ken ewren koniglichen gnaden bewarth habin, vnd ken allen den ewren helfer helfirs helfirn vnd vnsirs helfir helfirs helfern, dij wir uff ewer koniglichen gnaden schaden brengen mochtin, dij sullin alle ir ere neben vns bewarth haben, vnd ap wir icht zcu korcz adir zcu lang geschreben haben, das vnser ere vnd vnseren helfern ere belangit, das wellen wir allis yn desem briffe bewareth habin etc. Datum in vigilia Omnium Sanctorum 1471.

Nickil Vmwerde, Withe Melhoze, Hencze Vmwerde, Hanus Kothwicz, Hanus Wolff, Hanus Oppil, Hertung Metczerade, Hanus Ffilcz, Casper Landeskron, Casper Beyer, Casper Metczerade, Balczer Wolff, Hanus Wolff, Hanus Beyer, Cristoff Beyer, Casper Wolff, Nickil Wolff, Peter Melhose, Hencze Kothwicz, Lemtil Koschman, Cristoff Kothwicz, Hanus Vmwerde, Cristoff Umwerde, Matis Ruthschicz, Hanus Harn, Hencze Schaff, Michel Rotimberg, Otto Ruthschicz, Hencz von Berge, Sigmud Reichimbach, Hanus Probe, Guntir Beyszen, Jorge Vmwerde, Balczer Vmwerde, Casper Vmwerde, Balczer Ruthczschicz, Bernharth Lichtimwalde, Balczer Rotemburg, Hasz Bawgartenfelde, Cristoff Rotemburg, Sigmund Bewer, Jorge Wolff, Pecz List, Balczer Chin, Hanus Grunwald, Hanus Meschwicz, Gabriel Lwbtam, Hanus Rotemberg, Barnhart

Rotemberg, Nickil Rotemberg, Peter Zeschow, Casper Ffilcz, Nickil Krawsze, Gregor Vnwerde, Fredrich Wache, Hanus Rothe, Hanus Langenam.

Dokument zapisany w Metr. kor. XII. 34.

LXXXIV.

Cracoviae, a. 1471 d. 10 Decembris.

Conradus Albus, dux Silesiae, prorogat Casimiro, regi Poloniae, aliquid temporis ad solvenda tria milia florenorum.

Nos Conradus, Dei gracia Albus dux Slezie, Oleschnicensis, Koslensis et Volouiensis, significamus tenore presencium vniuersis: quod quemadmodum serenissimus princeps dominus Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., pro festo Natiuitatis Domini, proxime futuro, tria milia florenorum hungaricalium puri auri et justi ponderis pro vltima rata solucionis juxta literas sue serenitatis capitales, desuper editas et conscriptas, preclaro principi domino olim Conrado Oleschnicensi et Koslensi, fratri nostro carissimo, soluere debebat, nos, qui eidem jure propinquitatis in bonis et alijs omnibus successimus, eundem terminum solucionis predictorum trium milium florenorum sue serenitati vsque ad festum sancti Jacobi apostoli, proxime venturum, de mera, spontanea et vltronea nostra voluntate, nullo dolo interveniente, libere concessimus, dedimus, distulimus et prorogavimus ac tenore presencium coneedimus, differimus et prorogamus; promittentes, quod huiusmodi termini dilacio et concessio in nullo sue serenitati debet esse nociua uel preiudicialis, nec prefatis inscripcionibus capitalibus prius, quam festo sancti Jacobi elapso, vti debebimus et volumus, nee interim aliqua dampna in sua serenitate vigore talismodi inseripcionum reppettemus; quod tenore presencium pollicemur. Ha-

rum, quibus etc. Datum Cracovie die Martis decima mensis Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XII. 43.

LXXXV.

Cracoviae, a. 1472 d. 25 Julii.

Casimirus, rex Poloniae, fert sententiam Venceslaum, ducem Oppaviensem, ortum esse legitimo coniugio.

Kazimirus etc., significamus etc., quomodo exorta coram nostra maiestate et consiliarijs nostris inter preclarum principem dominum Venceslaum, ducem Oppauiensem, Rathiboriensem et Rybnyczyensem, curiensem nostrum sincere dilectum, ab vna — et famosum ac nobilem Waczslaw Wylczek de Czonyewo, seruitorem nostrum grate dilectum, ex altera — partibus de et super quibusdam verbis diffamatoriis et eorum occasione, quibus ipsum dominum Venceslaum ducem prefatus Vylczek Vaczslaw coram nobis obloquebatur et confundebat, apponendo eum esse spurium ac de illegittimo thoro procreatum et genitum, materia questionis et coram nobis deducta, tandem nos, auditis his et alijs, que ad causam huiusmodi videbantur pertinere, priusquam ipse Wylczek Waczslaw fuisset interrogatus, in eadem iusticia in judicio nostro, desuper locato et posito *), vnde sibi sciencia foret, quod dominus dux Vencelaus foret de illegittimo thoro procreatus et genitus. Qui Wylczek hicidem respondit: se scire et audire ex fama nonnullorum hominum, non tamen ex se aut ex alia certa sciencia. Tandem domino duce Venceslao se de huiusmodi infamia et oblocueione deducere et expurgare coram nobis volente et ad id se per nos admitti petente, extunc, animo deliberato et causa huiusmodi satis diu ruminata et practicata per nos et consiliarios nostros, tunc nobiscum judicialiter residentes, fuit et est deeretum, deci-

*) Brak: interrogavimus.

sum, determinatum et inuentum: quod pro talibus verbis infamatorijs ipse dominus dux Venceslaus non indiguisset, neque indiguit aliqua expurgacione, quod non saperent aliquam notam infamie, neque eum proinde notabant infamem aut aliquovis modo honori et geniture sue derogent. Quo nichilominus non contentus, prefatus dominus Venceslaus dux ex superabundantia hodie coram nobis et consiliarijs nostris vna cum fratre suo germano, illustri domino duce Hannussio, personaliter comparens, intendens atque volens illustritatem suam ac bonam et legittimam generacionem comprobare, certos coram nobis produxit spirituales fide dignos presbiteros. Quorum vnus, videlicet honorabilis Johannes Cifas, canonicus, intra et extra Rathoboriam (!) plebanus, medio suo ad sancta Dei ewangelya prestito corporali juramento, deposuit publice et fassus est, quod ipse illustrem dominam Margaretham, matrem suam, olim preclaro principi domino Nicolao, duci Oppauiensi, Rathiboriensi et Rybnyczyensi, genitori suo, iuxta ritum matris sancte ecclesie desponsauit et eos copulauit. Alius vero honorabilis Martinus Strzala, plebanus Rybnicensis, simili juramento prestito, deposuit, quod in crastino post nupciales ceremonias prefati domini ducis Nicolai cum prefata Margaretha, tanquam sponsam et nuptam, de ritu et forma ecclesie ad ecclesiam introduxit, ceremonijs solitis obseruatis et adhibitis, et pari modo certi barones et nobiles, videlicet: Nicolaus de Dubowecz, castellanus Oswanczymiensis, Johannes Schaschowsky, Nicolaus Lensch de Rinolthowycze, Venceslaus Barrabas de Nowawesch, alias de Flowarky, Franciscus Baranowsky de Bythkow, Nicolaus Rames de Dubyensky, Johannes de Woxicze et Pisarzowycze, Johannes Boyschewsky de Brzeszynsky, viri boni et fame laudabilis ac fide digni, medio eorum corporali juramento deposuerunt et alij plures barones et nobiles, hicidem presentes, id ipsum medijs juramentis ipsorum affirmarunt, asserentes, testificantes et dicentes: ipsam dominam ducissam Margaretham, suam genitricem, cum suo conthorali, illustri domine duce Nicolao predicto, in coniugio suo honeste vixisse et affeccione maritali seu coniugali se invicem pertractasse ita, ut nulla suspicionis nota de eius dissolucione concipi uel notari posset uel potuisset; et sic prolem suam legittime procreasse et genuisse, sic quod processu temporis post nuptias

huiusmodi primas successiue attingendo tercium annum ipsa domina Margaretha peperit ducem Hanussium, successu vero temporis genuit illustrem virginem Barbaram et sic consequenter alio tempore defluxo genuit illustrem dominum ducem Venceslaum. Nos autem, huiusmodi testimonio sufficienti comprobato per nos, recepto et admisso, vna cum consiliarijs nostris, tunc in judicio presidentibus, judicialiter decreuimus ac tenore presencium decernimus: prefatum dominum ducem Venceslaum vna cum fratre suo germano seniore, domino duce Hanussio, honori suo satisfecisse et propterea ipsis ad illustritatem ipsorum et bonam generositatem in omnibus curijs imperialibus atque omnium cristianorum regum et principum sufficere dicimus, pronunciamus et declaramus per presentes. In cujus etc. Actum Cracovie sabbato ipso die sancti Jacobi anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo; presentibus ibidem magnificis, strenuis et generosis: Derslao de Rythwanij, Sandomiriensi, Stanislao de Ostrorog, Kalisiensi, Stanislao de Chotecz, Russie et capitaneo generali, Spithkone de Jaroslaw, Belzensi, palatinis; Johanne Zaramba de Calinowa, Siradiensi et capitaneo Welunensi, Dobeslao Kmitha de Wijsnijcze, Lublinensi, Johanne Amor de Tarnow, Woynyczyensi, Johanne Felix de ibidem, Wyslyczіensi, Stanislao Vantropka de Strelcze, Sandecensi, castellanis; Petro Comorowsky, comite Liptouiensi, Johanne de Rythwany, regni Polonie marsalko, Nicolao de Chrunthstow, vexilifero Cracoviensi, Przethslao de Dmosczycze, capitaneo in Podolinyecz et Lubowla, Sbigneo de Oleschnijcza, scolastico Cracoviensi, secretario, et alijs pluribus fide dignis. Per manus magnifici Jacobi de Dambno, cancellarij regni Polonie et capitanei Cracoviensis, Sandomiriensis etc.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XII. 80.

LXXXVI.

Voloviae, a. 1473 d. 27 Julii.

Conradus Albus, dux Olesnensis, et Margaretha, ducissa Olesnensis, tria milia florenorum, ultimam pensionem pro hereditate Masoviensi, a regno Poloniae soluta esse testantur.

Nos Conradus Albus, Dei gracia dux Slezie, Olsnicensis, Wolauiensis, Warthembergensis etc., et Margaretha, eadem gracia ducissa Slezie, Olsnicensis, Berolioniensis etc., significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis etc.: quemadmodum serenissimus princeps dominus Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, cum felicis recordationis preclaro principe Conrado Nigro, germano et consorte nostris carissimis, fecit et habuit composicionem de et super solucione viginti milium florenorum ratione hereditatum et ducatuum in terris Mazouie, Russie, quarum prefatus dominus Conradus Niger et nos Margaretha, filia olim illustris principis domini Semouiti, Mazouie et Russie ducis, omnem propinquitatem, si quam in eisdem habuimus, cessimus et resignauimus prefato domino Kazimiro, regi Polonie etc., iuxta litteras cessionis nostras et resignacionis, per nos super hijs datas. Racione cuius cessionis ipse dominus Kazimirus, rex Polonie etc., prefata viginti milia florenorum nobis plene et ex toto dedit et exoluit et vltimam ratam, videlicet tria milia florenorum per manus nobilium Stephani Latossek, Johannis Moczedlnitczski et Gehardi Milditcz, quibus ad ipsas tollandas plenum dedimus damusque presentibus mandatum, percepimus et cum effectu leuauimus. De quibus quidem viginti milibus florenorum serenitatem suam et sue serenitatis succesores, reges Polonie, pro tempore existentes, et totum regnum Poloniae quittamus per presentes. Et litteras serenitati sue, quibus prefatam summam dare serenitas sua obligauerat, eidem reddidimus et restituimus omnesque alias, si que sunt racione prefati debiti viginti milium florenorum, mortificamus, anullamus, nec illis quoquo modo vti volumus, nos et successores nostri, sed sufficientem nobis

factam esse solucionem per suam serenitatem recognoscimus et fatemur; promittentes sub fide et honore nostris, prefatum serenissimum dominum regem et serenitatis suc successores et subditos, racione prefate summe viginti milium florenorum nunquam ammonere, nec quoquo modo turbare, et serenitatem suam, si qui suam serenitatem racione eiusdem summe viginti milium florenorum ammonuerint vel ammonere voluerint aut procurauerint, reddere indempnem. Harum, quibus sigilla nostra presentibus sunt appensa, testimonio litterarum. Datum Wolauie feria tercia proxima post festum sancti Jacobi apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod Nr. 177; szeroki 30, wysoki 25 i pół centymetra.

Pieczęcie dwie, jedna dobrze zachowana a druga pokruszona, wiszą na paskach pargaminowych.

Litografowana podobizna tego dokumentu mieści się w „Wzorach pism dawnych" Stronczyńskiego pod Nr. 63.

LXXXVII.

Brzescie, a. 1473 d. 31 Decembris.

Casimirus, rex Poloniae, instituit consilium ad disceptandas controversias, inter Polonos et subditos Conradi Albi, ducis Olesnensis, exortas.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis: quomodo volentes omnes controuersias, differencias, dissensiones, querelas, rixas, lites et quascunque alias displicencias, inter nostros subditos ex vna—et inter subditos preclari principis domini Conradi Albi, Cozlensis, Oleschniczensis, Wolawiensis et Slezie ducis, fratris nostri carissimi, pro quibuscunque rebus et ex quibuscunque causis et respectibus quomodolibet exortas et suscitatas, partibus — ex altera planare, componere, paccare, dirimere, extinguere et mutuam amiciciam inter subditos predictos vtriusque nostrum firmare et solidare, matura

intra nos deliberacione prehabita et sano prelatorum et baronum nostrorum ad id accedencium consilio, reuerendissimum in Christo patrem dominum Johannem, archiepiscopum Gneznensem et primatem, nec non magnificos: Lucam de Gorka, Poznaniensem, Stanislaum de Ostrorog, Calisiensem, palatinos, et Petrum de Schamotuli, castellanum Poznaniensem et capitaneum Maioris Polonie generalem, sincere nobis dilectos, consiliarios nostros precipuos, quorum nobis cognita est legalitas et in rebus agendis pericia, omnibus melioribus modo, via, jure, forma et ordine, quibus efficacius potuimus et debuimus, de certa nostra sciencia in oratores negotiorumque nostrorum, ad nos regnumque nostrum et subditos nostros pertinencium, actores, gestores, factores, expeditores et nuncios speciales et generales, cum pleno, amplo, libero et sufficienti ac generali mandato instituimus, prefecimus et deputauimus ad conueniendum pro die sancte Agnetis proxime in Cozmijn, opido regni nostri, cum prefato domino Conrado, duce Albo, idcirco, vt omnia in conuentu predicto, que pro nostro regnique et dominorum, nec non subditorum nostrorum statu, honore, libertate et profectu communique hincinde bono vtilia noverint, damus et conferimus eisdem oratoribus et nuncijs nostris omnimodam et plenariam facultatem controuersias, dissensiones, querelas, differencias et quascunque alias rixas et displicencias, inter vtriusque nostrum subditos quomodolibet subortas, sopiendi, paciscendi, componendi, planandi, extingwendi, excessus omnium subditorum nostrorum, erga prefati domini ducis Conradi Albi subditos quomodolibet comissos, corrigendi et emendandi et condignam mulctam et animadversionem in ipsos extendendi, pro eisdemque iusticiam debitam et efficacem huiusmodi subditis prefati domini ducis Albi ministrandi et parem equitatem iusticieque plenitudinem et dampnorum refusionem nostris subditis a prelibato duce Albo petendi et obtinendi aliaque omnia et singula in conuentu eodem cum prefato domino duce Albo ordinandi, disponendi, agendi, transiendi et concludendi nostro et regni nostri nomine, que rebus hijs deseruire et conducere quomodolibet videbuntur; promittentes omnia et singula rata et grata habere, tenere et obseruare, que per ipsos nuncios et factores nostros gesta, facta, disposita, ordinata, composita et conclusa fuerint in premissis et quomodolibet premissorum. In cuius rei testimonium etc. Datum in Brzesczie sabbato in octava sancti Stephani prothomartiris anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.

Relacio venerabilis Sbignei de Oleschnicza, regni Polonie vicecancellarij.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XII. 127.
Koźmin — miasto w powiecie krotoszyńskim w w. ks. poznańskiém.

LXXXVIII.

Teschin, a. 1477 d. 29 Septembris.

Premislaus Teschinensis, Victorinus Munsterbergensis, Premislaus Oswiecimensis, duces, testes sunt pactionis, factae inter Casimirum, ducem Teschinensem, et Hanussium, ducem Oswiecimensem, de mutua hereditate.

We ymeno Bozij Amen. My z Buozie milosti Przemek, knieze Tiessynske a pan Welikeho Hlohowa, Wiktoryn, knieze Minsterberske, Oppawske a hrabie Cladsky, pan z Cunstatu a z Podiebrad, a Przemek, knieze Oswietimske a Thosseczky, wyznawame tiemto listem wssem wobecz, kdoz gey vzrzie, aneb cztucz slisseti budu: ze gsme na zadost oswieczenych kniezat: knieze Kazymira, kniezete Tiessynskeho geho lasky, z gedney, a knieze Hanusse, kniezete Oswietymskeho a Zathorskeho geho lasky, strany druhe, striczow a vgczow nassich milich, tu na Tiessinie se sgiely, a tu gich lasky przed namy prawy, dokonaly a neporussitedlny zstupek a spolczeny statku sweho miezy sobu vczinily obiczegem duolepsanym. Nayprwe, yakoz kniez Hanusz pogial gest sestru wlastny knieze Kazimirowu, knieznu Barbaru, sobie za manzelku, kteruz gest wienem podle smluwy opatrzil, tak yakz list gegy lasky wienny tu wiecz ssirze wipowyda. Przi kteremzto wienye kniezna Barbara przedkem, aczby knieze Hanusse zywnosti swu przetrwala, nepohnutie zachowana biti gma, a gestliby knieze Hanusse prwegme-

nowaneho Pan Buoh bez erbow muzskeho pohlawy, kterezby s tuz knieznu Barbaru, manzelku swu, mieti raczil, smrti vchowati ne raczil; tehda wsseczek statek geho, kterizkolwiek ma, aneb w buduczich czasiech mieti bude, budto na gruntiech, na peniezech, na klenotiech y na gynem na czymzkolibud, zadneho newigimagicz, any pozostawugicz, kterizby po geho lascze pozuostal, na knieze Kazimira swrchupsaneho a na geho erby przigiti a spadnuti ma. Pakliby nadepsany kniez Hanusz geho laska dczeru gednu neboli wiecze po sobie pozuostawiti raczil, tu aneboly ty kniez Kazimir geho laska powinen bude pocztywym chowanym opatrziti a posali po kazdey dwa tisicze zlatich vherskich daty y klenothy podle moznosti swey. Tolikez zase, azby Pan Buoh knieze Kazimira geho lasku bez erbow muzskeho pohlawy smrti vchowati ne raczil, tehda wsseczek statek geho, kterizkolwiek ma, aneb w buduczich czasiech mieti bude, zadneho newigimagicz any pozuostawugicz, na knieze Hanusse geho lasku a na geho erby przigiti a spadnuti ma. Pakliby kniez Kazimir dczeru gednu neboli wiecze po sobie pozuostawil, tu aneb ty kniez Hanusz geho laska powinen bude chowanym pocztywym y posahem y klenothy tuz mieru opatrziti, yakz na horze o dczerach knieze Hanussowich osazeno gest. A wssakz sobie kazda strana toho mocznost pozuostawila, ze bude moczi tisicz zlattich vherskich na statku swem oddati a odkazati, budto za zdraweho zywota, neboli na smrtedlne postely, budto na zadussy, neboli sluzebnikom, aneb komuzby se gemu zdalo a lybilo, a komuzby czo odkazano neboly oddano bylo, to gemu od strany tey, kterazby druhu zywnosti swu przebila, po smrti strany tey, kterazby to odkazala, w rocze porzad zbiehlem dano a wiplnieno bity ma beze wssy odpornosti. Kterehozto zstupku a spolczeny kniezata swrchumenowana sobie slibily a przirzkli zdrzeti a w czelosti zachowati bez zmatku wsselikterakeho neporussitedlnie. A gestlizeby w buducziech czasiech kterazkoli strana mymo tento zstupek yakowezkolwiek gyny zrzizeny o statku swem vczinity chtiela za zywnosti strany druhey, toho nebude moczi vcziniti, a pakliby vczinila, tehda proti tomuto nynieyssiemu geich dobrowolnemu stupku a spolczeny zadney moczi, any pewnosti mieti ne ma nyny y na buducze czasy. Ku kteremuzto zstupku kniezata gich lasky prwemenowana peczeti swe wlastne pro ssirssy zdrze-

ny tiech wieczi swrchupsanich zawiesily gsu a nas take, yakozto smluwczich, prosily gsu, ze gsme peczeti nassich podle gich lask k temuz listu pro ssirssy swiedomie zawiesily. Genz se stalo a dan na Tiessynie w pondieli po swatem Waczlawie letha Bozieho tisiczieho cztirzisteho sedmdesateho sedmeho. A przitom gsu bily vrozeny a slowtny Mikolasz z Cremze a w Dubowczy, Mikolasz Czelo z Czechowicz, Petr Czigan z Slupska, Jan z Lutynie, Jan Vgecz z Thomicz, Jan Rudczky, Stanislaw Rudczky, Petr Lukawsky, Mikolasz Pohorsky, a gynych mnoho dobrich lidy.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod N. 1349; szeroki 52, wysoki 33 centymetry.

Pieczęcie dwie, dobrze zachowane, wiszą na paskach pargaminowych; po trzech innych pozostały paski pargaminowe.

LXXXIX.

Nova Civitas Korczyn, a. 1479 d. 16 Novembris.

Casimirus, rex Poloniae, Bartholomaeo Biely de solvendo stipendio et compensandis damnis, in bello Pruthenico acceptis, cavet.

Kazimirus, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., significamus tenore presentium, quibus expedit vniuersis: quomodo facta racione cum ffamoso Barthosch Byely de Glogowije, rothmagistro, ac eius comitiua, stipendarijs nostris, pro omnibus et singulis seruicijs, que nobis exibuerunt et presertim hactenus in terris Prussie, et pro damnis ibidem perpessis, pro ipsorum seruitio in toto mille ducentos triginta et octo florenos, per medietatem paratis pecunijs et per aliam medietatem in mercibus, alias *thowarem*, sibi et sue comitiue soluendos remansimus. In damnis autem habet triginta tres balistas, quatuor clipeos, alias *pawezi*, et ad reliquarum reformationem duos florenos illi daturi sumus. Balistas vero et clipeos sibi soluere aut reddere debebimus in taxa consueta summasque prescriptas, tam in peccunijs paratis, quam etiam in mercibus, pro festo sancti

Johannis Baptiste, proxime venturo, in Cracouia soluere et reponere promittimus ac pollicemur. Quod si sic, ut premittitur, non soluerimus, aut soluere neglexerimus, extunc prefatus Bijeli Barthosch, rothmagister, cum sua comitiua poterint (!) nos admonere et easdem summas in subditis ciuitatum, opidorum et villarum mense nostre regalis, quorum sumus ad presens in possessione, in bonisque eorum ipsa arestando repetere et exigere more seruilium vsque ad prefatarum summarum plenariam exolutionem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Noua Ciuitate Korczyn feria tercia infra octauas sancti Martini anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównem pod Nr. 1268; szeroki 28, wysoki 19 centymetrów.

Pieczęć oderwana.

Nowe miasto Korczyn — nad Wisłą w powiecie stobnickim w gubernii kieleckiéj.

XC.

Cracoviae, a. 1480 d. 15 Julii.

Duo duces militum mercenariorum se omne stipendium a Casimiro, rege Poloniae, accepisse testantur.

In nomine Domini Amen. Nos Georgius, Dei gratia princeps in Anhalt, comes Aschlauiensis et dominus in Bernburg etc., vniuersis et singulis, presens transsumptum seu transscriptum publice inspecturis, volumus fore notum, quod personaliter constitutus illustris dux Johannes de Zegano, noster auunculus, quasdam literas patentes suscepcionis et presidii in dominys et ciuitatibus, in pergameno conscriptas, sigillo anulari illustrissimi principis Johannis Alberti, Dei gracia regis Hungarie, sigillatas, saluas, sanas et integras, non viciatas, non cancellatas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, quas suis tenebat in manibus, mihi notario subscripto exhibuit et effectualiter per quendam eius familiarem presentauit, proponens, qualiter huiusmodi literis in diuersis locis variis et arduis causis necessario haberet vti atque absque periculo propter multiplices casus fortuitos et ad diuersa discrimina viarum, quociens opportunitas exposcet, easdem, tute disponere non posset, quare, literis ipsis vero anulari sigillo eiusdem domini Hungarie regis etc. in pressula pergamenea subappendente, per me notarium publicum infrascriptum, de verbo ad verbum transsummi, transscribi, exemplari, et in publicam formam redigi desiderauit. Quarum quidem literarum tenor in continencia erat ista.

Hic sequuntur litterae sub Nr. CIII allatae.

Et his literis quoddam paruum sigillum rotunde figure ab extra de cera rubra et intra de cera glauca, erat subappensum. Quibus quidem literis diligenter inspectis, transsumptis, prefatas literas cum presenti transsumpto de verbo ad verbum concordare inveni, sicque sensus non est mutatus, seu minoratus, nec intellectus viciatus; decernentes, vt huic presenti transsumpto publico siue exemplo plena fides deinceps adhibeatur vbilibet in locis, omnibus et singulis, quibus fuerit opportunum, ipsumque transsumptum fidem faciat et illi stetur, ac si originales ipse litere apparerent. Et ad ampliorem euidenciam premissorum sigillum nostrum presentibus duximus ponendum. Acta sunt hec anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, indictione decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Innocentii, divina providencia pape octaui, anno eius nono Lune die duodecima mensis Nouembris hora meridiei vel quasi in stuba noua habitacionis Domicelli et heredis (!) Bewtenicz oppidi Posnaniensis diocesis sita; presentibus ibidem validis: Johanne de Grunnenberg, ibidem hospite, et Georgio Reichen, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Jacobus Kerstenn.

Ego Jacobus Kersten de Beszkow, Misnensis diocesis sacris apostolica et imperiali auctoritatibus notarius publicus, quia dictas literas vidi non cancellatas, non viciatas, sed vero sigillo signeti anularis dicti domini ducis et Hungarie regis impendente, easdemque in presenti transsumpto de verbo ad verbum, nil addens, nil minuens, quod sensum mutet vel viciet intellectum, fideliter transscripsi ipsumque transsumptum cum originali auscultaui omnibusque aliis, et singulis dum sic, vt premittitur, presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui ac in notam sumpsi, ideo hoc presens publicum instrumentum transsumpti, propria mea manu conscriptum, exinde confeci, publicaui et in hanc publicam formam redegi signoque nomine et cognomine meis solitis et consuetis consignaui ac roboraui in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum, rogatus pariter et requisitus.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównóm pod Nr. 803; szeroki 43, wysoki 27 centymetrów; w środku przecięty.

Pieczęć oderwana.

Dokument powyższy jest niezawodnie podrobiony, gdyż papież Inocenty VIII, za panowania którego miał rzekomo powstać, nie żył już 25 lipca 1592 r. Zresztą i sama osnowa podaje w wątpliwość jego autentyczność.

CVI.

Cracoviae, a. 1494 d. 20 Junii.

Joannes Albertus, rex Poloniae, eiusque praedes declarant se Janussio, duci Oswiecimensi, et uxori ipsius Barbarae duo milia florenorum debere.

Jan Olbrecht, z Buozie milosti kral Polski, naywyssy kniez Litewskij, Rvskij, Pruski, pan a dziedicz etc., prwni gijstecz a dluznik dlugu duole psaneho, a my: Ondrzeg z Tenczina, castellan Woijniczski, Pert (!) Myskowsky z Przetyczowa, castellan Wyelunsky, Jan Mijskowsky z Przetijczowa, castellan Oswietimskij, Beness Pohorskij, Mikolaij Porambskij, sudie zemie Oswietimskie, a Petr Porubsky, synowecz geho, rukogmie a spoluslijbcze z geho milosti a za geho milost kralewsku, wsschechni ruku zpoleczni a nerozdielnu, kazdij z nas ijako za swoij wlastni dluh, wijznawame timto listem wssem wuobiecz ij kazdemu zwlasscze, ze gsme dluzni dluhu praweho a sprawedliweho, nam wdiek a w nassi pilnu potrzebu puozijczaneho, dwa tisijcze zlatich dobrijch vherskijch czerwenijch, na zlacze y na wadze sprawedliwich, oswieczenemv kniezeti kniezij Hanussowi Oswietimskemv a Zatorskemv a knieznie Barborze, manzelcze geho, ij tomu kazdemu, ktozbij tento nass list z gegich dobru woly gmiel. Kterezto zlate swrchupsane mij gystecz y rukogmnie, na horze psani, od naijprw przyssleho swateho Jana Krzstitele Buozieho, vplnie w rok slijbugeme swu dobru, czistu wieru wierzitelom nassim dati a zaplatiti, hotowijmi dobrijmi zlatijmi odczisti a na zamku Zatorze, aneb osm mil od Zatora na zamku przatelskim, tu, kde nam od nassich wierziteli vkazano bude, bez prodlenie a obmlvw wsselikterakijch. Paklibychom teho ne vczinili a summy zlatich nadepsane wierzitelom nassim nadepsanijm ne dali a ne polozijlij y ne zaplatilij tak, yakuoz se na horze pisse, yehoz pane Buoze racz straze bijti, teda (!) nas nadepsani wierzijtele nassij pro nasse neplnienie summy peniez nadepsanich budu nuoczy wsselikakym wuobijczegem wymisslenim napominati ij nam rukogmiem lati, nas hanijti listi, vstij, ijakijmzkolwiek lanim vmieti, a wymisliti moczij budu, nas ru-

kogmie y lidi nasse rukogemske, nasse y lidi nassich zbuozie a statkij gimati, brati, ssaczowati, stawowati wssudy a wezde, kdezby nas y lydi nasse gmieti a zastihnuti mohli, y gynak wsselikterak dobijwati, napominati, ijak vmieti a wijmijssliti moczij budu, a proti gegich lani, hanienie, gimani, brani, ssaczowani, stawowani ij wsselikakijm (!) obijczegem wijmisslenym slibugem ne bijti, ani mlvwiti zgewnie ni taijnie, ani se zadnijm obijczegem wijmislenijm branijti, ani prawem zadnijm duchownijm, ni swietskijm, ani tim prawem, w kterem mij rukogmie, na horze psani, kazdij z nas zasedi, a mij gistecz slowem nassim kralewskijm a mij rukomie pod nassij dobru, czistu, krzestansku wieru. A czozkolwiek swrchupsani wierzijtele nassi poberu, obstawie a nawijssaczugi, s tim moczi budu vcziniti ij nechati, ijako swijm wlastnim. Take mij rukogmie swrchupsani slibugim swu dobru, czistu, krzestansku wieru wierzitelow nassich zadnim obijczegem wijmislenim prazdni ne bijti; lecz prwe svmmu dwa tisycze zlatich wierzitelom nassim zaplatiwsse, list tento a peczeti nasse cztnie a rzadnie wijwadime. A geslibij wierzitele nassi ktere sskody pro nasse neplnienie wzali kterakkolwiek, kterebij prostijmi slowij rzeczy a na nas poczisti chtieli, tij gijm slibugeme beze wsseligake omlowij spolu z gistinu odloziti a zaplatiti, a gestliby z nas rukogmie ktereho Pan Boh smrti vchowati ne raczil prwe, nez bijchom swrchupsanu summu peniez zaplatili, slibugeme ginneho, tak dobreho a tak mohowiteho, k sobie w rukogemstwo przijstawiti a list tento slowo od slowa odnowiti a geij czelij, dokonalij we cztyrzech nedielech porzad sbiehlich wierzijtelom nassim pod pokutami swrchupsanimi dati a poloziti. A gestlibij w tomto listie czo nyerzadnie bylo napsano, aneb obmesskano pisarzem, aneb se ktere porussenie stalo, bud na pargamene, neb na peczetech, tho wsseho ani gijnich zadnijch wieczij wijmislenich slijbugeme sobie ko pomoczy a nassijm wierzitelom k sskode ne brati. A ktozbij tento nasz list z nassich wierzijteli dobru wuoli gmiel, ten bude mieti tuz moczi ij to prawo ku wssem wieczem, na horze osahnienym, ijako oni sami wierzijtele nassi. A ty wsseczku pokuty, kusij, punkty, artijculij, w tomto listie na horze psane, slibugeme zdrzeti a proti gijm zadnim obyczegem wijmislenim ne byti, my gijstecz, naprwe psanij, slowem nassim kralewskim, a mij rukogmie przij nasse dobre, czijste wierze krzestanskie

a prawdie. Tomu na swedomie a lepssie pewnost, gijstotu mij gijstecz, prwe psani, a mij rukogmie, porzad psanij, nasse wlastnie pijeczeti k tomv listu gsme przijwiessijti z nassim dobrim wiedomijm rozkazali. Genz dan a psan w Krakowie w patek przed swatijm Janem Krzstitelem Bozim leta od Narozeni Syna Bozeho tijsijczeho cztrsteho dewadesateho czwrteho.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XV. 78.

CVII.

Cracoviae, a. 1494 d. 28 Julii.

Joannes Albertus, rex Poloniae, Janussio, duci Saganensi, quotannis quadringentos florenos ex censu Judaeorum Posnaniensium et Gnesnensium solvi iubet.

Johannes Albertus, Dei gracia rex Polonie, suppremus dux Lythwanie, Russie Prussieque etc., dominus et heres, significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis: quomodo attenta assistencia fideli et assidua, qua nobis et actionibus nostris illustris princeps dominus Janusius, dux Zeganensis, semper adhesit et studuit complacere, sibi quadringentos florenos census annui in et super censibus seu prouentibus nostris annuis, quos pro quolibet festo sancti Michaelis archangeli Judei nostri Poznanienses et Gneznenses nobis dant et contribuunt, duximus dandos et inscribendos damusque et inscribimus, tenore presencium mediante, ad tempora duntaxat vite sue extrema. Itaque pro quolibet festo sancti Michaelis archangeli singulis annis, continue et immediate se sequentibus, incipiendo tamen usque ab anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, prefatus dominus dux Zeganensis huiusmodi quadrigentos florenos ex eisdem censibus seu prouentibus nostris annuis, quos, ut premissum est, Judei nostri Poznanienses et Gneznenses pro quolibet festo sancti Michaelis archangeli nobis dant et contribuunt, tollere et recipere debet;

ex eo, quia iam huiusmodi quadringentos florenos pro festo sancti Michaelis archangeli, proxime venturo, anni nunc currentis prefatus dominus dux Zeganensis realiter et cum effectu in paratis pecuniis a nobis recepit, pro tanto vobis magnificis Johanni de Ostrorog, castellano Poznaniensi et capitaneo Maioris Polonie generali, et aliis capitaneis nostris Poznaniensibus, pro tempore existentibus, comittimus et mandamus, omnino habere volentes: quatenus prefatos quadringentos florenos ita, ut premissum, prefato domino duci Zeganensi per nos donatos et inscriptos, pro quolibet festo sancti Michaelis archangeli, incipiendo tamen, ut supra scriptum est, ab anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, de prefatis nostris Judeis Poznaniensibus et Gneznensibus exigatis et eosdem quadringentos florenos, de prefatis Judeis nostris Poznaniensibus et Gneznensibus exactos, sibi domino Janussio, duci Zeganensi, singulis annis, continue et immediate se sequentibus, ad extrema tamen duntaxat vite sue tempora, incipiendo, ut premissum est, ab anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, detis et soluatis realiter et cum effectu, ita tamen, quod etiam idem dominus dux Zeganensis vos et quemlibet vestrum de receptis, quocienscunque opus fuerit, quittet et nos huiusmodi quittancias, per ipsum dominum ducem Zeganensem vobis aut alicui vestrum datas aut dandas, promittimus in racionem suscipere, tanquam nostris titulis essent scripte et sigillis sigillate. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Cracouie feria secunda post festum sancti Jacobi apostoli proxima anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, regni nostri anno secundo.

G. vicecancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Gregorii de Lúdbrançz, regni Polonie vicecancellarij.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównėm pod Nr. 932; szeroki 34, wysoki 27 centymetrów; w środku przecięty.

Pieczęć oderwana.

CVIII.

Thorun, a. 1495 d. 13 Maii.

Fratres de Sokolow dividunt inter se bona Toschek, Piskowice aliaque.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam etc.: Johannes Albertus, Dei gracia rex Polonie etc., significamus tenore etc., quomodo venientes ad nostre maiestatis consiliariorumque nostrorum, lateri nostro assedencium, presenciam venerabiles et generosi: Johannes, Wladislawiensis canonicus, Jacobus, scolasticus Cruschwicziensis, Paulus, capitaneus noster in Grvdzancz, Nicolaus, dapifer Brzesthensis, heredes de Sokolow, non compulsi, non coacti, neque aliquo errore devio seducti, sani mente et corpore existentes, et matura deliberacione prehabita, publice recognoverunt: quia omnia et singula bona eorum paternalia et maternalia atque omnia alia et singula bona, tam hereditaria, quam illa, que post mortem nobilis Johannis Grabowski ipsis iure dovolucionis cedere deberent, generoso Nicolao Sokolowski, fratri eorum germano et dapifero Brzesthensi prefato, eius quoque legittime posteritati realiter et cum effectu cesserunt et renunciauerunt perpetuo et in ewm eo respectu, ordine et condicione, qui infra patebunt. Aliis vero omnibus et singulis bonis predicti omnes fratres de Sokolow, post mortem olim generosi Johannis Schokolowski, fratris eorum germani, derelictis, videlicet pecunijs, que sunt eis in Grodzacz inscripte, atque bonis Thoschek et Piskowicze, opido atque villis ad ea pertinentibus, atque aliis omnibus et singulis bonis, quecunque tam in regno nostro vbilibet, quam in Austria, Bohemia et Slezia habent, nec non auro, argento, pecuniis, clenodijs et generaliter omnibus et singulis bonis aliis seu rebus, ad ipsos fratres omnes prescriptos iure aut quacunque alia successione devolutis aut devoluendis, perpetuam et irrevocabilem inter se fecerunt diuisionem. Imprimis generosus Paulus Schokolowski, capitaneus noster prefatus in Grudzancz, debet vendere bona prefata Thoschek et Piskowicze, opidum cum villis ad ea pertinentibus, pro summa, qua poterit meliore. De

qua quidem summa, pro predictis bonis taliter recepta seu recipienda, debet dare mille florenos hungaricales generoso Nicolao Schokolowskj, fratri suo germano, siue eius successoribus legittimis, et vltra hos mille florenos hungaricales ipse Nicolaus Sokolowski debet pro se in effectu recipere centum quinque marcas polonicales cum quodam argento, que et quod sunt apud generosum Raphaelem de Leschno, curie nostre marsalcum, pariter cum quibusdam pecunijs, per generosum Johannem Jaranth de Brudzewo debitis, seu successores sui legittimi recipient. Item prefatus Paulus Schokolowski, capitaneus noster modernus in Grudzancz, ex causa huiusmodi diuisionis recepit ad se seu ad sortem suam predictos fratres spirituales, videlicet venerabiles: Johannem, canonicum Wladislawiensem, et Jacobum, scolasticum Cruswiciensem, tali pacto et ordine, quod, postquam bona predicta Thoschek et Piszkowicze, opidum atque villas ad ea pertinentes, vendiderit, extunc solutis prefatis mille florenis prefato Nicolao Sokolowskj siue eius successoribus legittimis, residuam summam pecuniarum, quecunque vltra prefatos mille fflorenos excreuerit, seu superfuerit, prefatus Paulus Schokolowski in manus prefatorum fratrum spiritualium: Johannis et Jacobi, dare et reponere debet. Pro qua quidem summa dicti fratres spirituales cum consensu, sciencia et voluntate predicti Pauli Schokolowskj bona hereditaria emere debent, ad que quidem bona, taliter empta seu emenda, prescriptus Nicolaus Sokolowskj, eius quoque successores legittimi nullum ius habere debent, sed prefati fratres spirituales: Johannes et Jacobus, prefatis bonis, totaliter emptis seu emendis, pacifice vti et frui debent, quamdiu vixerint; et post mortem eorum predicta bona ad dictum Paulum Sokolowskj, eius quoque successores legittimos devolui debent. Item castrum Irasthin cum curia Thinosthow et fovea in Hora, vbi minera argenti extragitur in Bohemia, idem Paulus Sokolowski libere vendere et pecunias pro se tollere debet sine prefatorum fratrum omnium et aliorum quorumcunque consanguineorum impedimento. Quam quidem bonorum cessionem, renunciacionem atque diuisionem, taliter inter ipsos fratres, provt descriptum est, ritte et racionabiliter coram nobis factam, ratam et gratam habentes, ipsam de consilio eorundem consiliariorum nostrorum duximus approbandam et

confirmandam, approbamus et confirmamus per presentes; decernentes eam seu easdem robur perpetue firmitatis obtinere presentibus literis nostris, quibus in testimoninm sigillum nostrum est subappensum. Actum in Thorvn feria quarta proxima ante festum sancte Zophie anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, regni nostri anno tercio; presentibus reverendis in Christo patribus dominis: Luca, Warmiensi, Stephano, Culmensi, episcopis, nec non magnificis et generosis: Johanne de Pilcza, Russie generali, Ambrosio Pampowski, Siradiensi, Nicolao de Baysen, Mariemborigensi, Carolo de Felden, Culmensi, Nicolao de Wolijkow, Pomeranie, palatinis; Johanne de Dambrowa, Culmensi, Mathia de Vaples, Elbingensi, castellanis, ceterisque dignitarijs officialibus et curiensibus nostris, testibus ad premissa. Datum per manus venerabilis Gregorij de Ludbrancz, Skarbimiriensis et sancti Floriani in Cleparz eclesiarum prepositi, regni nostri vicecancellarij. Relacio venerabilis Gregorij de Ludbrancz, regni Polonie vicecancellarij.

Dokument zapisany w Metr. kor. XV. 201.

Do téj saméj sprawy odnoszą się dokumenty, których treść przywiedziona w Codex dipl. Silesiae ed. Grünhagen VI pod Nr. 413, 425 i 430.

Thoschek, Toszek (Tost),

Piskowicze, Piskowice (Peiskretscham) — miasta w obwodzie regencyjnym opolskim.

CIX.

Petricoviae, a. 1496 d. 16 Aprilis.

Pactio, facta inter Casimirum, ducem Teschinensem, et Conradum, ducem Masoviae, de mille ducentis florenis debiti, a Joanne Alberto, rege Poloniae, comprobatur.

Johannes Albertus etc. significamus etc.: quia preclaro Conrado, duce Mazowie, fratre nostro dilecto, inscribente se literis suis ducalibus preclaro Kazimiro, duci Thesszijnensi, ad soluendum cer-

tum debitum mille ducentorum florenorum hungaricalium pro certis ratis sub certisque condicionibus, in literis eius descriptis et per eum duci predicto Kazimiro datis, nos ad vota atque peticiones ducis eiusdem Conradi, fratris nostri, consenciendum duximus et consentimus, tenore presencium mediante, vt Kazimirus ipse, dux Thessinensis, casu, quo dux Conradus ei solucionem impendere inscriptam neglexerit, subditos eiusdem Conradi ducis de bonis veri ducatus sui, eum ex diuisione olim fraterna concernentis, arrestaret, dampnificaret et inquietaret, quemadmodum vigore inscriptionis potest atque debet, non preiudicando tamen dominiis, bonis et subditis nostris, ad mensam nostram regalem pertinentibus. Harum etc. Datum in conuentione Pyotrkouiensi generali sabato post dominicam Conductus Pasce anno 1496.

Comissio propria maiestatis regie.

Dokument zapisany w Metr. kor. XVII. 112.

Téj saméj sprawy dotyczy następujący dokument:

Preclarus princeps dominus Kazimirus d. g. Dux Slesie, dominus Teschnensis et capitaneus utriusque Szlesie, per suum nunccium, famosum et nobilem Jacobum de Grodovicze, capitaneum Plssczynensem, pleno cum mandato protestatus est coram domino Vicecapitaneo et Judice Castri Cracoviensis, quia paratus fuit recipere et tollere sexingentos florenos ungaricales auri puri et iusti ponderis, a Preclaro Principe domino Conrado d. g. Duce Mazovie etc., et ipsum de eisdem quittare, alias iuxta suas inscripciones et litteras eiusdem inscripcionis ipsius Ducatus Mazoviensis, et iuxta consensus Regie Maiestatis Regni Polonie. Sed sibi nihil dedit neque persoluit. Cracovie feria 3 ipso die festi S. Johannis Evang. (27 Dec.) 1496. — Z. Helcel, Starodawne prawa pol. pomniki II Nr. 4474.

CX.

Cracoviae, a. 1502 d. 23 Februarii.

Alexander, rex Poloniae, confirmat pactum, quo Sigismundus, dux Glogoviensis et Oppaviensis, cum Andrea, palatino Posnaniensi, reditus mutaverat.

Alexander, Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., significamus tenore pre

sentium, quibus expedit vniuersis: quia in nostre maiestatis conspectu illustrissimus princeps dominus Sigismundus, Glogouie et Oppauie etc. in Slezia dux, germanus noster carissimus, ac magnificus Andreas de Schamothuli, palatinus Posnaniensis, recognouerunt inscriptam inter se fecisse permutacionem in tenutis bonorum infrascriptorum nostrorum, sic quia idem illustrissimus dominus Sigismundus, germanus noster, ciuitatem nostram Gneznensem in districtu Calissiensi et totam medietatem thelonei opidi nostri Costen, in terra Posnaniensi siti, per suam illustritatem in certis summis pecuniarum, sue illustritati per olim serenissimum dominum Johannem Albertum regem, vtriusque nostrum germanum, inscriptarum, hactenus possessa, alias summas pecuniarum, in eisdem ciuitate Gneznensi et theloneo Costensi presentibus per nos inscriptas seu inscribendas, prefato Andree palatino dedit. Ipse vero Andreas palatinus tenutas theloneorum nostrorum, per eum teneri hactenus solitorum, videlicet: Calissiensis et Conijnensis, quod in Cleczow exigitur et ea fortasse racione Cleczouiensis dicitur, alias summas pecuniarum, in eisdem theloneis inscriptas, eidem domino duci Sigismundo dedit et resignauit datque et resignat presentibus. Ad quam permutacionem et resignacionem, mutuo factam, nostrum regium prebuimus consensum et prebemus presentibus. Verum quia ad vtramque tenutam pro vtraque parte nouas inscripciones nostras, desideriis eiusdem ducalis fraterne caritatis satisfacientes, daturi sumus, vnde quoniam mutuo cassarunt coram nobis, nos quoque, vtriusque partis accedente consensu, cassauimus et irritauimus cassamusque et irritamus presencium decreto literarum omnes inscripciones, quascunque tam dominus dux Sigismundus super quascunque sumas in ciuitate Gneznensi et theloneo Costensi, quam ipse Andreas in theloneis illis Calissiensi, Conynensi et Cleczouiensi seorsum inscriptas habebant. Itaque quemadmodum ipsi Andree ad vota eiusdem ducalis fraterne caritatis nouas inscripciones super ciuitatem Gneznensem et theloneum illud Costense dedimus, sic dominum ducem Sigismundum, fratrem nostrum, de quatuor millibus florenorum, in predictis Calissiensi et Conijnensi theloneis, Andree suo compermutanti seu antecessoribus suis inscriptis, de quibus litere inscripcionum sunt cassate, presentibus indempnem efficere cupientes, de certa sciencia nostra eadem quatuor millia florenorum hungaricalium auri puri et iusti ponderis eidem domino duci Sigismundo successoribusque suis in et super dictis Calissiensi et Conijnensi alias Cleczouiensi theloneis inscribendum duximus inscribimusque presentibus, per ipsum dominum Sigismundum ducem et successores suos cum omnibus et singulis introitibus, prouentibus, emolimentis, libertatibus et prerogatiuis alijsque modis, juribus et consuetudinibus, prout reliqua thelonea nostra in regno nostro et presertim in terris Maioris Polonie teneri et haberi consueuerunt, cum omnique jure, dominio et proprietate, nichil juris, dominij et proprietatis, aut qualescunque prouentus in eisdem theloneis nobis aut ipsi Andree reseruando, prout illa ipse Andreas suique antecessores vigore inscripcionum regalium ex antiquo tenere consueuerant, tenendum, habendum et possidendum pacifice tamdiu, quousque summa quatuor millium florenorum hungaricalium eidem domino duci Sigismundo successoribusque suis per nos et successores nostros fuerit persoluta, qua soluta, thelonea huiusmodi ad nos et successores nostros conuertentur pleno jure, juribus tamen nostris regalibus per omnia saluis remanentibus. Harum, quibus sigillum nostrum est subappensum, testimonio literarum. Datum Cracouie feria quarta post dominicam Reminiscere proxima anno Domini millesimo quingentesimo secundo, regni vero nostri primo.

Creslaus, episcopus et regni Polonie cancellarius, subscripsit.

Relacio reuerendi in Christo patris domini Creslai, episcopi Wladislaviensis, regni Polonie cancellarii.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Główném pod Nr. 990; szeroki 45 i pół, wysoki 32 centymetry.

Pieczęć dobrze zachowana wisi na pasku pargaminowym.

Kościan (Kosten) — miasto powiatowe w obwodzie regencyjnym poznańskim.

Konin i

Kleczów — miasta w gubernii kaliskiéj.

CXI.

Ad Leweld, a. 1502 d. 25 Aprilis.

Sigismundus Jagellonides, dux Oppaviae et Glogoviae, a conventu ordinis Carthusiensis, ad Leweld sito, in communionem spiritualem recipitur.

Nos fratres: Petrus, humilis prior domus maioris Carthusie, ceterique diffinitores capituli generalis ordinis Carthusiensis vobis illustrissimo principi et domino, domino Sigismundo, Dei gracia serenissimi domini Casimiri, Polonie olim regis, nato, duci in Slesia, Oppauie, Glogouie Maioris, Freijnthstat Goreque etc., domino nobis in Christo dilecto, salutem et oracionum suffragium salutare. Deuocionem vestram laudantissimam et affectum frugiferum, quem ad ordinem nostrum et specialiter ad domum sancti Michaelis Archangeli, in Hungaria prope Leweld fundatam, geritis, prout ex pia relacione venerabilis fratris nostri Georgij, prioris dicte domus Leweld, habere cognouimus, Christo non immerito acceptabilem fore credentes vicissitudinemque vobis cupientes rependere salutarem, vos in participacionem ordinis nostri predicti ad vniuersa et singula suffragia in vita recipimus, pariter et in morte, atque omnium missarum, oracionum, vigiliarum, ieiuniorum, ceterorumque exerciciorum spiritualium, que Deo auctore in toto ordine nostro fiunt et fient in posterum, auctoritate nostra et tocius capituli nostri generalis participem facimus; adicientes de gracia speciali, vt; cum obitus vestre illustrissime dominacionis, quem Deus post longa tempore felicem faciat, capitulo nostro generali denunciatu fuerit, pro anime vestre remedio faciemus oraciones, que pro hus iusmodi nostris participibus in ordine nostro fieri consueuerunt. Datum in dicta domo Carthusie feria secunda proxima post dominicam Cantate, sedente tunc ibidem dicto nostro capitulo generali, anno domini millesimo quingentesimo secundo.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównėm pod N. 1384; szeroki 35, wysoki 26 i pół centymetra.

Pieczęć oderwana.

CXII.

Cracoviae, a. 1502 d. 2 Augusti.

Alexander, rex Poloniae, approbat iudicium, a Joanne Alberto, fratre suo, factum inter Casimirum Teschinensem et Conradum Masoviensem de domo lapidea.

Alexander etc. significamus etc: quomodo dum coram serenissimo olim domino Johanne Alberto, rege Polonie, fratre nostro carissimo, moueretur controuersia iudicialiter inter preclaros: Kazimirum Teschinensem et Conradum Mazouie, duces, ventum tandem accipimus ad intromissionem in domo lapidea Cracovie, ducis Conradi perpetua, duci Kazimiro assignatam. Quoniam vero assignate eiusdem possessionis actus iudiciarij erant coram nobis exibiti, itaque nos eam intromissionis assignationem et quicquid in iure inter eas partes, vivente olim maiestate fraterna regia, iudicialiter erat et est iuste actum atque decretum, approbamus, ratificamus et confirmamus presentibus. Harum, quibus sigillum etc. est subimpressum. Datum Cracouie feria tercia in crastino sancti Petri ad Vincula anno Domini 1502, regni nostri primo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XVII. 311.

Do téj saméj sprawy odnoszą się następujące dokumenty:

Famosus Nicolaus Zathorski ciuis de Cracouia protestatus est coram Regia Maiestate contra Preclarum dominum Kazimirum Ducem Theschinensem etc.: quia ipse citaciones importat super tenutam lapidee ipsius dicte *Xiązencza kamienicza* in Cracouiensi circulo site, super personam alienam, que modo ibi nichil habet, videlicet super Preclarum dominum Conradum ducem Mazowiensem. Que protestacio ad hec acta inducta est ad mandatum Regie Maiestatis, et ad relacionem Magnifici Nicolai de Camieniecz Capitanei Cracouiensis etc., propter carenciam actorum Curie Regie Maiestatis ex absencia Judicis et subjudicis Terrestrium. Feria quinta in vigilia Natiuitatis (24 Decemb.) 1500.—Z. Helcel, Starod. prawa pols. pom. II. Nr. 4527.

Veniens personaliter ministerialis Stanislaus Slusska, recognouit: quia dum ex parte Illustris Principis domini Kazimiri d. g. Ducis Theschinensis venit ad lapideam Preclari domini Conradi Ducis Mazovie, dictam *Xyązązoza Kamyenyoza* in circulo Cracoviensi sitam, et postulasset dari intromissionem prefato domino Duci Theschinensi iuxta ipsius perlucra,— extunc stans famosus Nicolaus Zathorski ciuis de Cracouia, eiusdem lapidee incola, dixit: „Quantum contingit perlucra Ducis Theschinensis et dominium domini Ducis Mazovie, ego non prohibeo intromissionem; sed quantum contingit concessionem meam habitandi in eadem lapidea ad vite

mee tempora, iuxta iura mea et priuilegia, nec admitto, nec do eiusmodi intromissionem.“ Feria quinta post Concepcionis Marie (9 Decemb.) 1501.—Ibid. Nr. 4537.

CXIII.

Olsnae, a. 1503 d. 2 Junii.

Albertus et Carolus, duces Munsterbergenses, confirmant cautionem dotis, ab Alberto Sobek Annae de Schidloviec, uxori, factam.

Wir Albricht vnd Karell, von Gots gnaden gebruder, herczogen zcu Monsterbergk in Slesien, zcur Olssen vnd graff zcu Glocz etc., bekennen vffuntlich mit diessem brieff vnd thun kuntth vor aller menniglich: das in vnser kekenwertickeith erschunen ist der ernfrste (!) vnd wolbenambte vnser besunder lieber getrawer Albrecht Sobke von Sawl vff Hirnstain, izunder des Troppischen herczogtums hewptman, wolgesunts leibes vnd der synne, vnd hoth von sein gutten ffreyen willen, vnbetzwugen vnd vnbetrogen, mith wol vorgehabten rathe seyner ffreuntschafft, zcu eynem leybgedinge, als leybgedinges recht ist vnd gewonheit, vormacht vnd vorschrieben sein slos vnd stadt Hirnstayn mit allen dorffern, forwerken, lehen, lewten, ffreyen, scholczen, gebawern, gethnern, kretschonen, renthen, czinsen, molen, molsteten, teichen, teichsteten, fisschereyen, welden, heyden, poschen, harthen vnd sunst allen vnd iczlichen andern hirschafften, nuczen vnd zcugehorungen, gancz, nichts ausgenomen, noch hynderstelligk gelossen, darczu ouch alle vnd iczliche ander gutter, szo eher iczundt zu vnsern furstenthumb vnd lande hoth ader nochmols immer bekhomen vnd an sich brengen wurde, mitsampt der selbtigen gutter fruchbarkeiten, nuczen, einkhomen, genissen, ein vnd zcugehorungen der edlen vnd thugessamen frawen Anne, seiner elichen hawsfrawen, also das fraw Anna icztgenandt noch tode vnd vorscheden des genanten ires elichen mannes, so sie den vberleben wurde, schlos, stadt vnd gutter obgemelt mit allen iren hirschafften, nuczen, geniessen, ein vnd zcugehorungen allen zcu iren lebetagen innehaben, halden, der geniessen vnd gebrauchen sal, vor ider menniglich vnvorhinderth,

dach also mit dem bescheith: wo en Goth kinder geben wurde, vnd die kinder, ader wo die nicht weren, des genanten Albricht Sobkes ffruntschafft, ader weme er solchs sunst befehlen wurde, die genante ffraw Anna aus den gemelten stadt, sloss vnd guttern haben solden, sollen sie ir noch seynem tode newn hunder gutter wichtiger hvngerischer gulden geben vnd anfugliche stellen, legiren inwenigk acht meylen weges von Hirnstatt, do die ffraw des mechtigk an allen hinderung wegkbrengen khan, ydoch das gelth nicht wegkzcunhemen, es sey dan das sie vorgnugsam vorfolgeth habe des abgnanten Albricht Sobken erben vnd nechsten, das solch obgschrebene summa en nicht entwanth vnd widerumb geruglich, allenthalben vngehindert, getrewlich vnd vngefferlich noch irem thode an sie khomen, vnd dach sunderlich ein solchen beschliess vorbehalden vnd ausgedinget: wo ffraw Anna obgenant ahne leybeserben abginge, das Albricht Sobke seyne erben vnd erbnhemen der ffrawen nechster fruntschafft aus vnd von dem eegelt, so im mit ir wurden, czweyhunderth hungerische gulden ader so vil polnischer moncze, doch nicht mehr, den dreyssigk polnische grossen vor einen hungerischen gulden zcurechen, an alle widerrede widder zcukoren schuldigk vnd flichtigk seyn sollen solch leipgedinge, wie obbernith (!) hoth der wolbenampte vnser lieber getrawer Melchiar von Roraw anstat vnd von wegen der wolgeboren vnd gestrengen herren: herren Jacobs Odrowans von Schidlowiecz, des konigksreichs zcu Polan oberster schoczmeisters, herrn Peters Odrowanss von Schidlowiecz, des krokischen kemmerers, herrn Kristoffs Odrowanss von Schidlowiecz, des durchlauchten hochgebornen ffursten vnd herren, herren Sigmundts, herczogen in Slessien zcw Troppaw, Gros Glogow, Ffreyenstatt, Goer etc. herren, vnsers semtlichen lieben herren vnd ohmen, hoffmeysters, irer leiplichen bruder, die sie ir zcu diesser sach zcu vormunden gekorn hoth, vssgenhomen vnd entffangen solch vormechtnisse vnd leipgedinge, in allermosse wir oben eygentlich ausgedrugkt haben, wir ouch vff des gnanten Albricht Sobken vleissige bethe vorgunst zcugegeben vnd zcugelossen, das ouch die vfftgenanten ffrawen Anne, aus furstlicher gewalth zcur Olssen hiemit beffestigen vnd bestetigen zu krafft vnd macht diesses brieffes das selbige in aller mosse, wie oben eygentlich ausgedrugkt, noch thode vnd vorscheiden ires obgemelten elichen

mannes, wo sie den vberlebn wurde, zcu haben, zcu halden, zcu geniessen vnd zcu gebrauchen geruglich vnd gemachsam, vor ider menniglich vngehindert, doch vnser hirrschafften vnd diensten alleczeit an schaden. In vrkundt haben wir diessen brieff mit vnserm furstlichen gemeinen anhangenden ingesigell, des wir semptlich gebrauchen, vorschafft besigelt zcu werden. Geschehen zcur Olssen am ffreytag vor den pffingst heiligen tagen noch Cristi vnsers Herren geburt ffunffczehen hunderth dornoch im dritten iare; dobey seint gewest die wolbenambten vnser lieben getrawen: Casper von Roraw, vnser canczler, Hans Dhane Jhanschowskj genant von Ossigk, Heinrich Bagk Sobke genant zcum Rawden vnd Casper Kofligk zcu Kosnaw gesessen. Johan Hagen von Schwabach, vnserm canczlerschreiber, worth diesser brieff beffohlen.

Transumpt znajdujący się w dokumencie przytoczonym niżéj pod Nr. CXXVI.

CXIV.

Cracoviae, a. 1504 d. 10 Septembris.

Alexander, rex Poloniae, Margarethae, ducissae Ratiboriensi, tercio quoque mense duos florenos et unum bancum salis dari iubet.

Alexander etc. significamus etc.: quia volentes reformare et resartire damna, que preclara Margaretha, ducissa Rathiboriensis, percepit in censibus annuis, per eam in zuppis nostris Cracoviensibus emptis, qui sibi per zupparios nostros in moneta communi, florenos per mediam sexagenam computando, solwntur, quos iuxta continenciam inscripcionum et literarum desuper habitarum in florenis et auro percipere debuerat, sibi duos florenos hungaricales, per mediam sexagenam computandos, et vnum bancum salis pro quolibet quartali cuiuslibet anni duximus dandum, donandum et largiendum damusque, donamus et graciose largimur, tenore presencium mediante, per ipsam Margaretham, ducissam, levandum et percipiendum usque ad reemendacionem huiusmodi

censuum, per eam emptorum, per nos et successores nostros faciendam. Quo circa tibi Joanni Jordan, castellano Byeczensi et moderno zuppario, aliisque in futurum existentibus zupparijs nostris mandamus, quatenus predicte Margarethe, ducisse, duos florenos et vnum bancum salis pro quolibet quartali anni cuiuslibet, incipiendo a quartali sancte Crucis nunc futuro, ad quittancias suas, quas ad racionem ponemus, detis et extradatis, aliterque facere non ausuri. Harum, quibus etc. Datum Cracovie feria tercia intra octauas Natiuitatis Marie anno Domini millesimo quingentesimo quarto.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXI. 28.

Małgorzata (Machna) z książąt raciborskich, córka Mikołaja ks. na Karnowie (Jägerndorf), była żoną Kazimierza ks. oświecimsko-zatorskiego.

CXV.

Cracoviae, a. 1508 d. 4 Februarii.

Sigismundus, rex Poloniae, pignerat Bartholomaeo, duci Munsterbergensi, Kozuchow oppidum mille florenis.

My Zygmund, z Bozie mylostij kral Polsky, welike knieze Lytewske, Rusky a Prusky etc. pan a diedzicz etc., oznamugiem listem tiemto wssem: ze znamenawsse a w skutku zhledawsse wierne, pylne, vstawiczne ij powolne sluzby oswyeczeneho Bartholomiegie, kniezete Mynsteberskeho etc., vgcze nasseho nam zwlascze mileho, kterez gest nam od dawnych czasuow czynil a cziniti ne przestawa, y chtiecze, aby take za takowe a powolne a pylne sluzby niekteru sobie od nas milost a wdiecznost poznal, a take czimz wietczij nassy milost k sobie poznal, by nam aby hotowiegssy nalezati se dal, protoz z dobrym rozmyslem, radu wiernych nassich a nassym gistim wiedomym, z milosti a moczy nassey dalysme a listem tiemto dawame tisycz zlatich vherskich, na zlattie ij na waze dobrich, giz psanemu kniezeti Bartholomiegi, geho die-

dyczom ij buduczym; kteruzto summu zapisugem gim listem tiemto na zamku a miestie nassem Kozychowie ze wssim przislussenstwym. Ale ze przijgawsse k sobie dostateczne zadostne listij nayasniegsseho kniezete a pana Vladyslawa, Vherskeho a Czeskeho etc. krale a margkrabie Morawskeho etc., bratra nasseho naygmyleysseho, w kterichzto geho kralewska milost nas ze wssy pilnosty zadati a starati gest raczil, abichom pro dobre tehoz kniezete Bartholomiegie lasku zwlasstnij k tomu sie nakloniecze, miesta a zamku Kozichowa swrchupsaneho s gich ze wssijm przislussenstwym bez odtahuow a messkanie sstupiti a postupiti raczilij, a kterak geho kralowska milost na temz zbuozij Kozichowskim, gemu diedicznom (!) y buduczym geho, niekteru gistu sumu zapsati, zawaditi a dostatecznie listi swymy vgistiti a vpewniti gest raczil; kdez mij ze wssy pilnosti takowe pilne psanie a geho kralowske milosti zadosti, ruku geho milosti wlastnij podepsane, waziecze, kterez gest o to k nam vcziniti raczil, nechtiegicze takowe slussne zadosti pro dobre giz psaneho kniezete w tom opustiti a oslisseti, na takowe pilne psanie k tomu gsme przistupily a swolili a giakozto pan diediczny tehoz pansthwije listem tiemto zwolugem, zbuozie a kniezsthwy toho Kozichowskeho, totezto miesta, zamku s przedmiestim, s gmini gich wssemiij a wsseligakim przislussenstwim tak a podle toho, yakoz list a magestat geho kralowske milosti bratra nasseho naymileysseho vczynieny a kniezeti giz psanemu widany to ssyrze a swietlegy w sobie vkazuge a wiswiedczuije y zawiera, a yak gsme to samy gmiely, drzely a pozywaly, nicz v wssem ne wimenugicz a any sobie tu na tom zbozij dale ktereho prawa, panstwie y wlastenstwy ne puozostawugicz, postupily a sstupilij gsme, a yakozto pan diedicznij toho wsseho sstupugem a postupugem giz psanemu kniezeti Bartholomiegi, tak aby giz psane knieze s diediczy a buduczymij swymij to wsseczko tak, gakoz gse zwrchu pisse, gmiely, drzely a pozywali y s tiem wssiem, budto na dyle, nebo na wssem, vczinily a mocz vcziniti y nechati gmieli, gakozto z swym wlastnym wlastenstwym, bez nassye, buduczich nassich y ginich wssech, a wsselikterakich lidy przekazky, a to dotud a tak dluho, pokud list gmenowany krale Vherskeho geho milosti w sobie to vkazugie; chtiecze tomu tak, kdezbykolwiek k wyplathie prisslo zwrchupsane zbozie Kozichowske, aby ten tisycz zlatich vherskich,

naprzed psanich, spuolu z ginu summu, kteruz na tom zapsanu ma a gmeti bude, dana a bez zmatku y odporu wsselikterakieho od tiech, gdezby to wiplatiti chtiely aneb gmieli, sprawiedlywie gym wyplniena bila. A gdizbij gim ten tisiecz zlattich vherskich swrchupsanych, nami a listem tiemto zapsanich, s ginu summu spuolu dan a wyplnen bil, tehdy magy a powynny budu, swe summi przigimucze w czele a vplne wyberucze duochody a wsselykterake platij, toho roku tepruw a neprwe zbozie toho Kozichowskeho postupiti a list tento nass przy tom gym za gse dati a wratiti bez smatku y wsseliake odpornosti. Gestlyzeby pak ten tisicz zlattich vherskich swrchupsanich spuolu s ginu summu z kterichzkoly przyczyn gim a w mocz gegich, gakuoz gse swrchu pisse, tak dan a splnen ne bil, ze nadepsane knieze Bartholomeg s dediczy a buduczymy swimy to zbuozie Kozichowske swrchupsane z gich ze wssym przislussenstwym magy gmieti a predcze drzeti y geho bez przekazky wsselikterakich lidy pozywati dotud a tak dluho, azby gse gym podle listu tohoto nasseho dosti stalo, a ten tisicz zlattich vherskich na zlattie spuolu s ginu summu azby gim dan a splnen bil. A kdozby list tento gmiel s dobru wuolij czasto psaneho kniezete Bartholomiege, aneb dediczow y buduczich geho, tomu ma przislusseti plne prawo wssech wieczi, w tomto listu polozenych a zapsanich, yakozto gim samym przislussye. Tomu na swiedomie a dokonalu gistotu y pewnost peczet nassy kralowsku k listu tomuto przywesiti gsme rozkazaly. Dan w Cracowie leta Buozeho tysyczeho pietisteho osmeho, a kralowstwy nasseho leta druheho, w patek po hodu a slawnosti Matky Buozie Hramnyczne.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXIII. 210.

CXVI.

Cracoviae, a. 1508 d. 1 Aprilis.

Sigismundus, rex Poloniae, promittit iura ac privilegia incolarum terrae Zatoriensis conservatum iri.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuum rei memoriam. Quicquid inter homines agi solet, quod posterorum vtilitates et commoda augere et anulare posset, id nequicquam diuturnum existimandum est, nisi literarum munimentis sempiterne memorie prodatur. Proinde nos Sigismundus, Dei gracia rex Polonie etc., notum facimus etc.; quia cum inter nos et preclarum Janussium, ducem Zathoriensem, sancita et perfecta esset iam pridem per serenissimum principem diue memorie dominum Joannem Albertum, Polonie regem, germanum et antecessorem nostrum carissimum, incepta compositio et concordia, quod scilicet ipse dux subiectionem, corporali iuramento confirmatam, nobis et regno nostro professus est ac nos dominum suum recognouit litterasque subiectionem testantes a nobis recepit suasque etiam nobis dedit, tandem omnis eius terre nobilitas, videlicet: Petrus Gyeraltowski, Clemens Brandis, Joannes Fridrichowsky, Stanislaus Slvpsky, Joannes Przeczicz owsky, Nicolaus Strzala, Joannes Strzalka, Joannes de maiori Poramba, Joannes de minori Poramba, Casper Jvrcziczky, Joannes Zambrziczky, Stanislaus Vitanowsky, Stanislaus Mycharsky, Przedborius Zilczinsky, Simon Vyeprzowski, Joannes Vyeprzowsky, Nicolaus Wnauczek, Jacobus Valczowski, Paulus Radwan, Georgius Cleteczky, Joannes Kolaczkowski, Stanislaus Vyeprzowski, suis et ceterorum fratrum et vicinorum suorum absentium nominibus, vniversique eius incole, qui nunc subsunt ipsi duci et qui imposterum subesse et subici poterint, ab ipso duce formulam viuendi et statui suo prospiciendi mutuati, libere professi sunt, quod nos et nostros posteros, Polonie reges, pro dominis suis recognoscent ac post mortem ducis domini sui pars corporis regni nostri futuri sunt, nec cuipiam alteri subesse debent nobisque fidem suam obligarunt, quod ab hac voluntate nequaquam alieni

esse debent. Nos autem, volentes fidem et deuocionem eorum erga nos gratia nostra singulari compensare, consiliariorum regni nostri voluntate accedente, predictam nobilitatem terre Zathoriensis et alios omnes incolas eius in eorum iuribus, libertate, immunitate et laudabili consuetudine confirmare promittimus et pollicemur ipsaque iura, libertatem, immunitatem et consuetudines laudabiles, prerogatiuas firmas et inviolatas permanere volumus atque ipsa et ipsas approbamus et confirmamus tenore presentium literarum, robur sempiternum esse habituras. In cuius rei etc. Datum Cracovie sabbato proximo ante dominicam Letare 1508, regni nostri anno secundo; presentibus reverendis in Christo patribus dominis: Joanne, Cracouiensi, et Mathia, Premisliensi, episcopis, regni Polonie vicecancellario; magnificis et generosis: Nicolao de Kamyenyecz, Cracoviensi, Stanislao Kmitha de Vissnicze, Russie, palatinis; Jacobo de Schidlovyecz, castellano Sandomiriensi et regni nostri thesaurario, Jacobo Syekliczky, Voynicensi, Stanislao de Chodecz, regni nostri marscalco, et Cristtophero de Schidlovyecz, succamerario Cracoviensi, sincere et fidelibus nobis dilectis. Datum per manus venerabilis Joannis de Zassko, Posnaniensis et Plocensis ecclesiarum prepositi, regni nostri cancellarii, sincere nobis dilecti.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXIII. 314.

Następujące dokumenty tyczą się przyłączenia księstwa zatorskiego do korony polskiéj:

a) Diploma Casimiri IV, regis Poloniae, quo Wenceslaum, ducem Zatoriensem, ad Poloniae Regnum tanquam vasallum rediisse affirmat. Sine loco et data (1454).— Sommersberg Script. Rer. Siles. I. 810.

b) Diploma Joannis Alberti, regis Poloniae, de ducatu Zatoriensi Poloniae Regno adscripto. Dat Cracoviae fer. 5 ante fest. S. Petri ad vincula (31 Julii) 1494.— Ibid. 811.

c) De devolutione ducatus Zatoriensis ad regnum Poloniae. Janussius dux approbat pacta cum Joanne Alberto facta. Dat. in Radom die dominico in festo S. Mathei apost. et evang. (21 Septembris) 1494.— Acta Tomiciana I, Appendix 24, Nr. 10.

d) Janussius, dux Zator., confirmat literas Joannis Alberti, quibus exprimuntur conditiones, secundum quas idem dux se ac ducatum Zatoriensem eidem Joanni Alberto Regi et Regno Pol. jure feudi subiecit. Cracoviae feria quarta in vigil. Ascensionis Domini (12 Maii) 1507.—Ibid.

CXVII.

Petricoviae, a. 1510 d. 27 Februarii.

Sigismundus, rex Poloniae, confirmat quoddam privilegium, a Casimiro, fratre suo, monasterio Vratislaviensi s. Vincentii datum.

Sigismundus etc.: quia venerabilis et religiosus Jacobus, abbas monasterii sancti Vincencij, extra muros Wratislauienses sitti, ordinis Permostrensis (!) deposuit coram nobis cum querimonia, qualiter magnificus Jaroslaus de Lasko, palatinus Lanciciensis et in Boleslawyecz tenutarius, sincere nobis dilectus, eiusdem monasterii sui subditos de villis Opatow et Slup ad inconsuetos labores compellit et astringit, sed quia idem ipse, abbas, exhibitis coram nobis litteris infrascriptis, super exempcionem subditorum monasterij predicti ab inconsuetis laboribus caventibus, pecijt illas per nos et confirmari et approbari. Quarum sequitur tenor:

Sequuntur litterae sub Nr. XCIV allatae.

Nos itaque Sigismundus rex, considerantes literas preinsertas fore iustas peticionibusque dicti Jacobi abbatis benigniter annuentes, illas gratas et ratas habentes, in omnibus earum punctis, clausulis, articulis et condicionibus de certa sciencia et singulari gracia regiis nostris approbandas et confirmandas duximus confirmamusque et approbamus per presentes; decernentes illas robur debite firmitatis obtinere, tenore presencium mediante. Quapropter tibi magnifico Jaroslao, palatino Lanciciensi et tenutario predicto, alijsque castri predicti Bolyeslawyecz tenutariis, pro tempore existentibus, mandamus, quatinus predictos homines et subditos monasterij predicti de villis predictis ad Oppatow et Slup ad inconsuetos labores et angarias non compellatis, nec compelli faciatis; quin immo eos iuxta vim, tenorem et continenciam litterarum supracriptarum in eorum libertate et consuetudine conseruetis et conseruari curetis aliterque non facturi pro gracia nostra. Harum etc. subimpressum. Datum in conuencione Pyotrkouiensi generali feria quarta proxima post festum sancti Mathie apostoli an-

no Domini millesimo quingentesimo decimo, regni nostri anno quarto.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXIII. 778.

CXVIII.

Brzescie Lithuanicum, a. 1511 d. 7 Augusti.

Episcopo Vratislaviensi datur potestas boum ex Polonia abagendorum sine thelonei solucione.

Regia maiestas indulsit et admisit reuerendo in Christo patri domino Johanni, episcopo Wratislauiensi, quinquaginta boues pro coquina sua in regno emere et eosdem e regno absque thelonei solucione pellere. Litere in forma cancellarie solita ad theloneatorem Cracouiensem date. In Brzescze Lithuanico feria quinta ante festum sancti Laurencij proxima 1511 anno.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXV. 70.

CXIX.

Cracoviae, a. 1512 d. 16 Augusti.

Sigismundus, rex Poloniae, permittit Casimiro, duci Teschinensi, et Christophoro de Schidloviec, castellano Sandomiriensi, pisces Cracoviae venumdare.

Sigismundus, Dei gracia rex Polonie etc., significamus tenore presencium etc.: quia tametsi vnicuique liceat ad ciuitatem nostram Cracouiensem cum rebus suis fori gratia venire, nisi tales sint, quos iura non tuentur et quibus consorcia fidedignorum de-

negantur, de singulari tamen benignitate et certa sciencia nostra illustri principi domino Casimiro, in Slesia duci Tessinensi, Maioris et Minoris Glogovie, supremo prefecto superioris et inferioris Slesie, affini nostro carissimo, pariterque vna magnifico Christophoro de Schidlowiecz, castellano Sandomiriensi et regni nostri vicecancellario Siradiensique, Sochaczouiensi, Gostiniensi etc. capitaneo, nobis sincere dilecto, pisces, cuiuscunque generis fuerint, per fluuium Vislam cimbis, foraminatis, naviculis, vel quocunque modo alio, quo noverint meliori, ex Slesia ad ciuitatem nostram Cracouiensem defluitare et demittere in piscarijsque suis aut, vbi voluerint, seruare, custodijs committere, simul vel partim ad forum exponere et vendere; quod si omnes pisces expositi venditi non fuerint, viceuersa in piscinas et piscaria referre et immittere seruareque iterum atque iterum et quandocunque et quocienscunque opus esset, pariter et commodum, venum exponere admittendum et consenciendum duximus admittimusque et consentimus presentibus literis nostris, saluis tamen per omnia prouentibus vestris (!). Harum, quibus sigillum nostrum est appensum, testimonio literarum. Datum Cracouie feria secunda in crastino Assumpcionis Marie anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo, regni autem nostri sexto.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXV. 234.

CXX.

A. 1513.

Enumerantur oppida Poloniae, quibus licet mercaturam facere in Silesia.

Poznania
Conyn
Pisdri
Mydzyrzecz
Calysz
Siradia

Istis ciuitatibus scripte sunt litere, quibus concessum est, et alijs mercatoribus (!), libere mercarj in Slesiam preter solam Wratislaviam.

Wyelyun
Schadek
Pyothkow (!)
Radomskye
Lancicia
Brzescze
Juniwladislawiensis
Sochaczow
Lovicz
Rawa
Ploczsk
Sandomiriensis
Chanczinensis
Radomiensis
Visliciensis
Pilsnensis
Cracoviensis
Biecensis
Leloviensis
Sanocensis
Lublinensis
Leopoliensis
Premisliensis
Crosnensis.

Istis ciuitatibus scripte sunt litere, quibus concessum est, et alijs mercatoribus (!), libere mercarj in Slesiam preter solam Wratislaviam.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXV. 314.

CXXI.

Vilnae, a. 1513 d. 26 Septembris.

Sigismundus, rex Poloniae, nobiles Gieraltowski, Fridrichowski, Zembrziczki, arce Zatoriensi Andreae de Koscielec tradita, iurelurando fidem regno Poloniae spondere iubet.

Generosi fideles dilecti. Mgcus Andreas de Koscielecz, castel.

Vojnicensis, thesaurarius regni nostri, scripsit nobis, quemadmodum Janussius, dux Zatoriensis, occisus sit. De cujus infelici casu plurimum dolemus. Sed cum casus isti inevitabiles sint, Deo omnipotenti, cujus nutu cuncta stant caduntque, hoc, quod factum est, tribuendum est. Intelleximus vos uti fideles ac juratos subditos nostros arcem Zatoriensem, occisso duce, in potestatem vram suscepisse eandemque ad informationem nostram servare, in quo fidem vestram commendamus. Que quidem arx cum toto ducatu cum ad nos pertinet, jubemus, ut eam in manus ejusdem thesaurarii nostri tradatis et res ac supellectilem omnem conscriptam in manus illius consignetis, ut de iis postea, quod equum est, statuamus. Sed expedit: ut vos et ceteri vasalli juramentum fidelitatis ac subjectionis nobis prestetis. Mandamus vobis: ut in manus prefati mgci thesaurarii nostri juramentum ipsum prestetis, et jura vobis vra inviolata servabimus. Dat. Vilne XXVI Septembris 1513.

Acta Tomiciana II. p. 251 Nr. 337.

CXXII.

Vilnae, a. 1513 d. 26 Septembris.

Sigismundus, rex Poloniae, incolas ducatus Zatoriensis iureiurando praestito fidem sibi obstringere iubet.

Universis et singulis etc., vasalis etc. Cum infelici fato suo Janussius, dux vester, sublatus sit, cujus mors dolenda nobis est, volumus, ut ducatui huic, qui ad nos devenit, prospiciatur et in potestatem nostram recipiatur. Commisimus mgco Andree de Koscielecz, cast. Vojnicensi et thes. regni nostri et Oswiecimensi capitaneo, ut is arcem cum toto ducatu et ditione nomine nostro in suas manus accipiat et, que ad pacem et tranquillitatem opus sunt, provideat. Vobis omnibus et singulis mandamus, ut juramentum fidelitatis et subjectionis in manibus ejus nobis prestetis et ei sub

absentia nostra pareatis, tanquam nobis ipsis, et quod vobis dicet, nostro nomine credatis. Dat. Vilne XXVI Septembris 1513.

Acta Tomiciana II, p. 251 Nr. 338.

CXXIII.

Vilnae, a. 1513 d. 27 Septembris.

Sigismundus, rex Poloniae, Joannem Konarski, episcopum Cracoviensem, hortatur, ut rebus terrae Zatoriensis consulat.

Rev. in Christo pater. Accepimus infaustum ducis Zatoriensis casum ex literis Ptis. vre. et aliorum eidemque compatimur. Sed quod factum est, licet male, infectum esse non potest. Vre. tamen Pti. gratias habemus, quod insigniter una cum aliis consiliariis prudenter providere dignata est, ut ab ea parte in hoc casu regnum una nobiscum incommoda non habeat. Scribimus namque mgco. Andree de Koscielecz, regni nostri thesaurario, sincere nobis dilecto: ut arcem in potestatem recipiat et a vasallis nobis juramentum et subjectionem prestari requirat, presertim si ita vre. Pti. et aliis dominis consiliariis istic existentibus videbitur. Affectamus itaque: ut Ptas. vra. bene consulat, prout de eadem confidimus. Vasallis etiam scribimus: ut arcem in potestatem prefati thesaurarii tradant, et credimus, cum ita fiet, quod difficultates quaslibet elidemus. Orationibus autem Ptis. vre. rev. nos commendamus. Dat. Vilne fer. tertia f. S. Stanislai translationis 1513.

Acta Tomiciana, II, p. 251, Nr. 336.

CXXIV.

Vilnae, a. 1513 d. 29 Septembris.

Sigismundus, rex Poloniae, consolatur filium Janussii, ducis Zatoriensis, de morte patris.

Fidelis nobis dilecte. Mortui patris tui, ducis Zatoriensis, casui tanto magis condolemus, quanto eum fideliorem nobis subditum fuisse cognovimus, et ideo, cum causam iniuriarum coram nobis prosequeris, justitiam tibi libenter ministrabimus et crimen inultum esse non sinemus. Te vero orphanum, qui sub alas nostras confugis nobisque cum tuis facultatibus devoves, in subditum et servitorem nostrum recipimus et, quantum equum putaverimus, gratia nostra regia te protegemus. Et jam mgco. Andree de Koscielecz, cast. Vojnicensi, thesaurario et Oswiecimensi et Zatoriensi capitaneo, scribimus: ut te nostro nomine tueatur et conservet. Tu vero patrono eo utaris et sine consilio ejus nihil agas, qui et tuebitur te et de commodis tuis consulet. Dat. Vilne die XXIX Septembris 1513.

Acta Tomiciana, II, p. 252, Nr. 339.

CXXV.

Vilnae, a. 1514 d. 27 Februarii.

Sigismundus, rex Poloniae, cautionem dotis, ab Alberto Sobek Annae de Schidloviec, uxori, factam atque ab Alberto et Carolo, ducibus Munsterbergensibus, confirmatam, ratam dicit.

Sigmundt, von Gots gnaden khonigh zcu Polen, grosfurste zur Lithen, in Rewssen etc., thun kunth idermenniglich dieses vnsers briffes ansichtigen, das wir gesehen vnd lesen gehort haben der irlauchten herrn Albricht vnd Karell, gebruder herzogen zcu Monsterbergk in Slessien, zcur Olssen vnd graffen zcu Glocz etc., briff mit iren anhangenden sigell, vff pergamen geschriben, vnuorsert, welch von worthe zcu worthe hiernoch dieses lauts ffolgeth.

Sequuntur litterae sub Nr. CXIII allatae.

Des zcu geczeygniss haben wir vnser sigell an diessen vnsern brieff lossen hengen. Der gegeben ist zcu der Wille in Lithen den montag vor Fastnacht noch Cristi vnsers Herrn geburth ffunffczehunderth dornoch im vierczenden jare, vnsers reichs im sibenden.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXVIII. 103.

CXXVI.

Bruntal, a. 1515 d. 10 Septembris.

Bernardus et Nicolaus de Vrbno a Sigismundo, rege Poloniae, mille octingentos florenos pro iactura, in castro Bielava accepta, depaciscuntur.

My Bernarth Hynek a Mikolass, bratrzij wlastny z Wrbna a na Bruntaly, na Klymkowiczіech a na Rudie, oznamugem tiemto listem wssem wuobecz, ktoz gey vzrzij aneb cztucze slyssety budu: yakoz nayjasniegsse knieze a pan, pan Zigmundt, kral Polsky, welike knieze Lytewzske, Ruske, Pruske etc., pan a diedicz, geho kralowzska milost, k przimluwie nayjasniegssieho kniezete a pana, pana Wladyslawa, Vherskyho, a Czeskyho etc. krale, geho kralowske milosty, bratra pana nasseho milostiweho, s namy smluwu dobrowolnu a dokonalu, s nassy tyz dobru wuoly, skrze vrozeneho pana, pana Laczslawa z Sternnbergka a na Bechini, naywissieho kanczlerze kralowstwy Czeskeho, vcziniti gest raczil o zamek Bylawu, a to takowu, ze geho kralowska milost za takowu sskodu a za wsseczku sprawedliwost nassy ma nam dati osmnaczte set zlattych polugrosskuow polskych, za kazdy zlatty po ssestdesaty polugrosskuow poczitagicze. Kterezto penieze geho milost kralowska ma nam na tyto czasy platiti: nynye na swaty Michal, nayprw przieszty, dewiet set zlattych a hned przes rok opiet na den swateho Michala, nay-

prw prziesstieho, tyz dewiet set zlattych, na kteruzto summu geho kralowzska milost lyst nam vdielati raczil. A ta summa tiech polugrosskuow ma nam od geho kralowske milosty kladena beyti w Krakowie, kdez nam giz na tu summu podle smluwy a toho zapisu od swrchupsaneho krale Zygmunda, od geho kralowzske milosti, dano a polozeno za dewiet set zlattych polugrosskuow, po ssestdesaty polugrosskow aneb po trzidczity grossych polskych na polugrossky za zlatty poczitagicze, kterez sme giz hotowe a zaplaczene w swu mocz wzaly. Protoz my swrchupsani Bernarth Hinek a Mikolass, bratrzy z Wrbna, s tiech dewiety set zlattych, nam giz danych a wyplnienich, swrchupsanego krale geho kralowzsku milost kwitugeme, propusstime a mocznie timto lystem prazdna czinieme; slibugicze sami za sebe y za erby a potomky nasse tak, ze geho kralowska milost ani geho milosti kralowzske erbowe a potomkowe, buduczy kralowe polssty, gmenem a prawem nassym s tiech dewieti set zlattych polugrosskuow swrchupsanych napominany a narzikani beyti ne magi nynie y na buduczy czasy. Tomu na swiedomie a pro lepssy gistotu peczety nasse k tomuto lystu a k teto kwytanczy dalisme prziwiesiti. A pro ssyrssy swiedomi prziprosylisme vrozenych panuow: pana Gyrzika z Ssellimbergka a s Kosty etc., pana Gyrzika z Tworkowa a s Krawarz, pana Jana z Fulssteyna a na Bylowczy, pana Waczlawa z Fulssteyna a na Bylowczy, pana Jana Drahotuss a na Benessowie a vrozeneho a stateczneho rytierze, pana Jana Planknara z Kynssperku a na Hlubczicziech, ze su peczety swe wedle nassych k tomuto listu a kwitanczy prziwiesity daly na swiedomi sobie a erbom swim bez sskody. Dan a psan na Bruntaly w pondiely po Narozeny Panny Marige leta od Narozeny Syna Bozieho tysiczieho pietisteho patnacteho.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod Nr. 1348; szeroki 37, wysoki 28 centymetrów.

Pieczęci dziewięć wisiało na paskach pargaminowych; z nich jedna dobrze zachowana, sześć pokruszonych, a dwie oderwane.

Bruntal, Freudenthal — miasto na Szląsku austr. w obwodzie opawskim.

Bielawa, wieś w dawném ks. oświecimskiem.

CXXVII.

Cracoviae, a. 1515 d. 11 Septembris.

Georgio, duci Lignicensi, datur potestas boum ex Polonia abagendorum sine thelonei solucione.

Sigismundus, Dei gracia rex Polonie etc. Generose fidelis dilecte! Admisimus illustri principi Georgio, in Slesia duci Legnicensi, auunculo nobis charissimo, centum boues de regno nostro sine quorumuis theloneorum solucione expellere; itaque fraternitati tue precipimus, mandantes, quatinus uigore presencium requisita ipsius ducis seruitoribus et presencium exhibitoribus predictos centum boues de regno nostro sine quorumuis theloneorum, nouorum et antiquorum, solucione, exactione et depactacione libere et absque quouis impedimento depellere admittat, de quibus te presencium tenore quittamus, nec secus sub gracie nostre obtentu facturus. Datum Cracovie feria tercia post festum Natiuitatis gloriosissime virginis Marie proxima anno Domini MDXV, regni uero nostri nono.

Commissio propria maiestatis regie.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXX. 43.

CXXVIII.

Cracoviae, a. 1515 d. 12 Septembris.

Statuitur, in quas condiciones connubium Friderici, ducis Lignicensis, et Elisabeth, sororis Sigismundi, regis Poloniae, conveniat.

Nos Joannes, Dei gratia episcopus Wratislauiensis, Adam Beesz de Keczerdorff, Vlricus Schoff de Kynesth et Cristophorus Magnus, oratores et consiliarij illustris principis domini Friderici, Dei gracia ducis Legnicensis, cum pleno mandato et potestate ad serenis-

simum principem et dominum, dominum Sigismundum, Dei gracia regem Polonie et magnum ducem Lithuanie, Russiae Prussiaeque etc. dominum et heredem, ab eodem illustri domino duce missi ad agendam causam matrimonij et ad petendum connubium cum illustrissima principe domina Elisabeth, sorore germana eiusdem serenissimi domini Poloniae regis, significamus tenore presentium uniuersis: quia cum supradicto serenissimo principe domino Poloniae rege in causa eiusdem matrimonij, inter predictum illustrem dominum Fridericum, ducem Legnicensem, et illustrissimam dominam Elisabeth, sororem sue maiestatis, futuri, ad eas conclusiones deuenimus reinque ipsam feliciter auspicatam in hunc modum, qui sequitur, perfecimus et determinauimus. Quod ipsa sacra maiestas serenissimi Poloniae regis illustri domino duci Friderico supradictam illustrissimam sororem suam, dominam Elisabeth, despondere dignata est, quemadmodum id ipsum literis, desuper confectis nobisque a sua maiestate datis, clarius et uberius continetur. Pro dote autem sua maiestas ad certa tempora viginti milia florenorum monete regni sui, triginta grossis ualorem floreni estimando, hisdem literis dare et soluere domino duci promisit, ita uidelicet: circa consumationem eiusce matrimonij sex milia florenorum, septem uero milia ad festum sanctae Elisabeth, a proxime futuro eiusdem sanctae Elisabeth festo, ad quod dies nupcijs celebrandis et perficiendis statutus et indictus, per unum annum, id est: anno millesimo quingentesimo sexto decimo, et alia septem milia ad aliud sanctae Elisabeth festum, illi proximum, anno millesimo quingentesimo decimo septimo, quod etiam supradictis sue maiestatis literis abunde continetur. Locumque, in quo ad tempora descripta deponenda erit eiusmodi pecunia, castrum Crzepycze sua maiestas designauit, per ipsum dominum ducem Fridericum ibidem tollenda et in domum suam asportanda. Vltra quam quidem summam dotis viginti milium florenorum sua maiestas id quoque literis suis adijcere dignata est: eandem illustrissimam sororem suam, dominam Elisabeth, habituram in auro et argento, gemmis et margaritis viginti milia florenorum citra uel ultra, preter uestes, auro textas et sericas pellibusque sobolinis, armellinis et alijs suffultas, ad maritum secum deferendas. Hysdem etiam literis sua maiestas diem et tempus, ad quod predictam

illustrissimam sororem suam, dominam Elisabeth, ad dominum ducem Fridericum mittendam et deportandam promittere dignata est, diem dominicam proximam ante festum sanctae Elisabeth designat, ut ad eum diem in loco designando constituatur et matrimonium tunc ibidem perficiatur et consumetur. Item donatio propter nupcias futura, quam predictus illustris dominus dux Fridericus eidem illustrissimae sponse sue facturus est in castro et ciuitate Legnicensi et omnibus prouentibus, redditibus, attinenijs et vasallis, ad illa spectantibus, nichil excipiendo, eo modo futura est, quod ipse illustris dominus dux Fridericus quadraginta milia florenorum, ad computum triginta grossorum Polonicalium florenum quemlibet computando, in et super predicto castro et ciuitate Legnicensi ac omnibus aliis bonis et prouentibus, ad supradictum castrum et ciuitatem Legnicensem spectantibus, nichil excipiendo, supradicte sponse suae, illustrissimae dominae Elisabeth, suis literis ascribet et eo modo obligabit; promittens duo milia et quadringentos florenos annui certi pecuniarij et ordinarij prouentus in hijsdem bonis esse, quem sua illustrissima dominatio ex hisdem bonis in vim dotis habitura est, et, si quid ibidem ad summam duorum milium quadringentorum florenorum similis solutionis, triginta grossis polonicalibus quemlibet florenum computando, defuerit, id dominus dux Fridericus ex alijs bonis supplere et compensare tenebitur et debebit. Nos itaque supradicti: Joannes, episcopus, Adam Beesz de Keczerdorff, Vlricus Schoff de Kynesth et Cristophorus Magnus, qui plenum mandatum ad omnia supradicta agenda et concludenda a predicto illustri domino duce Friderico habemus, presentibus literis nostris promittimus et pollicemur pro ipso domino duce, quod omnia, quae sua illustris dominatio iuxta hec promissa nostra hijsque literis descripta factura est, in eiusdem donationis propter nupcias future effectum perficiet et re ipsa sine controuersia adimplebit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus literis nostris sunt appensa. Datum Cracouiae die duodecima mensis Septembris anno Domini millesimo quingentesimo quintodecimo.

Joannes, episcopus Vratislaviensis, manu propria subscripsit.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Archiw. Głównėm pod Nr. 243; szeroki 52, wysoki 42 centymetry.

Pieczęcie cztery, dobrze zachowane, wiszą na paskach pargaminowych.

CXXIX.

Cracoviae, a. 1515 d. 13 Septembris.

Episcopo Vratislaviensi quatuor banci salis assignantur.

. Domino episcopo Wratislauiensi datta est quittancia ad quatuor bancos salis. Cracouie in vigilia Exaltacionis sancte Crucis anno Domini millesimo quingentesimo quinto decimo, regni nostri anno nono.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXIX. 73.

CXXX.

Cracoviae, a. 1515 d. 7 Novembris.

Sigismundus, rex Poloniae, imperat, ut Elisabeth, sorori suae, quotannis quadringenti floreni ex reditibus salinarum Vielicensium solvantur.

Sigismundus etc., significamus etc.: quia pro nostro singulari amore et affectu nostro fraterno, quo serenissimam principem dominam Elizabeth, reginulam Polonie, sororem nostram amantissimam, sponsam uero illustris domini Frederici, in Slesia ducis Legnicensis et Bregensis etc., ut par est, prosequimur, sue illustritati in pignus et signum nostri fraterni erga suam serenitatem summi amoris, dum serenitatem suam, ad sponsum suum predictum proficiscentem, ualediximus, de certa sciencia et benignitate nostra, quamdiu eam Deus optimus maximus in humanis (optamus autem quam diutissime) conseruabit, quadringentos florenos, per tri-

ginta polonicales grossos florenum in quemlibet computando, in zuppis nostris Vielicensibus quotannis pro quolibet festo sancti Joannis Baptiste dandum et donandum duximus damusque et donamus presentibus, quam donacionem nos et successores nostri promittimus et pollicemur obseruare. Proindeque tibi spectabili Joanni Bonner, burgrabio et consuli ac zuppario nostro Cracouiensi, ceterisque zupparijs, pro tempore existentibus, committimus presentibus et mandamus, quatinus summam prefatam quadringentorum florenorum predictorum dicte illustrissime germane nostre realiter et in effectu ad quodlibet festum sancti Joannis Baptiste soluas et dissolui cures, quittanciam de soluta summa suprascripta ab sorore sua uel ministro eius, qui nomine sue serenitatis hanc pecuniam acceperit et tollet, recepturus, quam nos tibi in racione tecum facienda suscipiemus, sic et non aliter facturus pro gracia nostra. Harum, quibus etc. Datum Cracouie feria quarta ante festum sancti Martini anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto, regni nostri nono.

Relacio magnifici Christoffori de Schidlouiecz, palatini et capitanei generalis Cracouiensis et regni Polonie cancellarii.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXX. 93.

CXXXI.

Vilnae, a. 1516 d. 24 Aprilis.

Sigismundus, rex Poloniae, scribit Casimiro, duci Teschinensi, se cavisse, ne filius ducis Zatoriensis ei iniurias inferat.

. Non libenter videmus, quod filius olim dni ducis Zatoriensis impedit Illtem Vram et ejus subditos. Scripseramus nos ad eum, ut se ab hoc contineret interim, donec hinc ad regnum rediremus, sed postquam nobis in ea re parere noluit, commisimus mgco Christophoro de Szydlowyecz, palatino et capit. Cracoviensi regnique nostri cancellario, ut eum ad se advocaret et, si

ex terris nostris inferat istas molestias et difficultates Illtri Vre et ejus subditis, illum cohiberet et retraheret, sive vero ex alicujus alterius terra id faceret, ageret et constitueret ita secum, ut piestolaretur, tamen si Illtras Vra interim intelliget aliquid aliud, quod in hac re pro illa facere deberemus, declaret nobis, libenter enim id omne, quod nos decebit, faciemus. Que valeat feliciter. Dat. Vilnae die S. Georgii 1516.

Acta Tomiciana, IV. p. 25. Nr. 14.

CXXXII.

Sine loco et data, a. 1516.

Siglsmundus, rex Poloniae, scribit Casimiro, duci Teschinensi, de iuribus filii ducis Zatoriensis.

Ill. princeps. Scripsit nobis Vra Illtas, filium naturalem dni ducis Zatoriensis, non habita ratione ejus, quod illi scripsimus, agere contra Vram Illtem et scribere ad eum literas parum honestas, quas etiam abunde intelleximus. Nos quidem meminimus, quod dudum scripseramus ad illum, ut nihil tale ageret adversus Illtem Vram, donec nos ad regnum reverteremur, verum cum ille hic pridem apud nos fuit, retulerat nobis, quomodo esset statutum et consuetudo ducatus Slezie, quod, ubi aliquis per tale longum tempus rem suam non repeteret, caderet deinceps a jure illius repetendi, petivitque a nobis, ut eam gravitatem et damnum illi non faceremus. Nos itaque, ne videremur aliquem stringere et prohibere, quominus jus suum, quod haberet, prosequi posset, rem eam ita dimisimus. Itaque Vra Illtas sciet, quomodo se in ea re gerere debebit.

Acta Tomiciana, IV. p. 28. Nr. 25.

CXXXIII.

Vilnae, a. 1516 d. 3 Augusti.

Joannes Bonner a Sigismundo, rege Poloniae, iubetur quotannis quadringentos florenos ex reditibus salinarum Vielicensium Elisabeth, sorori eius, solvere.

Sigismundus etc. Generoso Joanni Bonner, burgrabio supparioque nostro Cracouiensi, fideli dilecto, gratiam regiam. Generose fidelis dilecte! Assignauimus per alias literas nostras in zuppis nostris Cracouiensibus illustrissime principi domine Elizabeth, duci Legnicensi, sorori germane nostre charissime, quadringentos florenos in moneta regni nostri, florenum quemlibet grossos triginta computando, quotannis pro festo Natiuitatis sancti Joannis Baptiste soluendos. Proinde mandamus tibi, ut eidem illustrissime sorori nostre dictos quadringentos florenos, et nunc pro prima rata pro festo sancti Joannis predicto, proxime preterita (!), et deinde pro aliis eisdem festiuitatibus, cum ex parte sue illustritatis fueris requisitus, singulis annis des et extradas cum effectu. De quibus tociens, quociens illos solueris et extradideris, ipsa te suis literis quietabit, nos vero quittanciam illius in racione tibi suscipiemus. Harum, quibus etc. Datum Wilne die dominico proximo post festum sancti Petri ad Vincula anno Domini millesimo quingentesimo sexto decimo, regni nostri anno decimo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXIX. 372.

CXXXIV.

Lignitz, a. 1517 d. 14 Februarii.

Fridericus, dux Lignicensis, se mille septingentos quinquaginta florenos a Sigismundo, rege Poloniae, accepisse testatur.

Nos Fridericus, Dei gratia dux Slesie Legnicensis et Bregensis etc., supremus capitaneus inferioris Slesie, presentium tenore publice profitemur: nos a serenissimo ac potentissimo principe ac domino, domino Sigismundo, Polonie rege, magno duce Litphanie, Prussie Russieque domino et herede etc., domino nostro clementissimo, ad nostras manus secundario dinumeratos recepisse mille septingentos et quinquaginta florenos in moneta, triginta grossis polonicalibus pro quolibet floreno computatis, super sortem aut summam trium millium et quingentorum florenorum eiusdem monete, in qua maiestas sua iuxta descriptionem, a sua maiestate nobis desuper data, obligata est. Dicimus igitur vigore presentium maiestatem suam omnimodo liberam eamque nomine nostro et heredum nostrorum quietamus et racione talium trium millium et quingentorum florenorum, nobis in tota summa a sua maiestate dinumeratorum, in his scriptis liberum pronunctiamus bona fide pro nobis ac heredibus nostris, promittentes: suam regiam maiestatem super his trium millium et quingentorum florenorum (!), neque nunc, neque in posterum impetere vel quolibet modo monere debemus, nec volumus. In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro subappenso roborauimus et in maius testimonium propria manu subscripsimus. Datum in Lignitz sabbato die post(!) Valentini martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

Fridrich, herzog czu Lignicz, manu propria.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównem pod N. 1380; szeroki 36, wysoki 25 i pół centymetra.

Pieczęć, dobrze zachowana, wisi na pasku pargaminowym.

CXXXV.

Cracoviae, a. 1518 d. 25 Aprilis.

Sigismundus, rex Poloniae, Friderico, duce Lignicensi, rogante, dat Lucae de Gorka et Joanni Rachemberg ius destinandi semel canonicum Posnaniensem.

Sigismundus etc. significamus tenore presentium vniuersis, quibus expedit: quia postulationi illustris principis domini Casimiri (!) *), ducis Legnicensis et capitanei inferioris Slesie, affinis nostri charissimi, nobis pro parte venerabilis Jacobi de Salcz, legum doctoris, scholastici ecclesie cathedralis Wratislauiensis ac prepositi ecclesie collegiate beate Marie virginis ante Glogouiam Maiorem, facte annuentes, ius patronatus nostrum et presentandi ad canonicatum et prebendam ecclesie cathedralis Posnaniensis, qui primo vacauerit, pro vna vice duntaxat magnifico Luce de Gorka, castellano Posnaniensi et capitaneo Maioris Polonie generali, ac strennuo et generoso Joanni Rachembergk in solidum et seiunctim dandum et conferendum duximus damusque, donamus et conferimus irreuocabiliter presentibus literis nostris, vt videlicet ipsis liceat, tanquam veris patronis, seu eorum alteri ad canonicatum et prebendam predictam in prefata ecclesia cathedrali Posnaniensi sic, ut prefertur, vna vice et principaliter, seu in proximo vacantem, memoratum Jacobum de Salcza, doctorem, episcopo illius ecclesie presentare. Vobis igitur reuerendo in Christo patri, domino Joanni, moderno et pro tempore existenti episcopo Posnaniensi, aut eius in spiritualibus vicario vel alteri, ad id potestatem habenti, hanc nostram donationem denunciamus et ad vestre pietatis noticiam deducimus; hortantes illam, quatinus, dum prefati: magnificus Lucas de Gorka, castellanus Posnaniensis, et Joannes Rachembergk seu alter eorum in casu vacationis primi canonicatus et prebende nostri iuris patronatus in dicta ecclesia cathedrali Posnaniensi prefa-

*) Przez omyłkę pisarza książę lignicki nazwany tu został Kazimierzem, zamiast Fryderykiem.

tum doctorem, scholasticum Wratislauiensem, presentauerint, seu alter eorum presentauerit, eundem ad huiusmodi canonicatum et prebendam instituatis et inuestiatis, non obstantibus quibuscunque literis nostris, a nobis desuper ante et postea quomodocunque emanatis, quibus omnibus ad presens derogari volumus et derogamus eundemque presentatum per prefatum Lucam de Gorka aut Joannem Rochembergk omnibus alijs anteferri censuimus et anteferimus presentibus literis nostris. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum, testimonio literarum. Datum Cracouie die sancti Marci ewangeliste anno Domini millesimo quingentesimo decimo octauo, regni nostri duodecimo.

Relacio reverendi in Christo patris, domini Petri, episcopi Premisliensis et regni Polonie vicecancellarii.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXXI. 561.

CXXXVI.

Cracoviae, a. 1521 d. 17 Junii.

Sigismundus, rex Poloniae, sancit, ut viae terrae Oswiecimensis reficiantur.

Sigismundus etc. significamus etc.: quia, cum questi essent sepius coram nobis multi vectores, qui sal nostrum de Wyeliczka et alias merces de Cracouia ac extra regnum ducere solent, quod magnas angarias et difficultates a generoso Laurentio Mischowski, in Spithkowycze et Bachowycze degenti, haberent, et quod ipsos in equis ipsorum pignoraret, grauaret ac alijs contumelijs afficeret, ipsos compellendo per viam antiquam ire, que polonico *wawos* dicitur, que est destructa ita, ut nemo per eandem viam curru transire potest, ipse vero Laurencius Mischowski stans coram allegasset, se non teneri, neque debere esse obligatum ad reformandas vias sic destructas sumptu proprio petijssetque aliquod subsidium a maiestate nostra, aut salis certam quantitatem omni anno sibi assignari, et magnificus Nicolaus Jordan, castellanus Woynicensis

et capitaneo (!) Zathoriensis, stans coram nobis, replicasset et dixisset, omnes in ducatu ipso teneri et debere ac de iure et vetusta consuetudine obligatos esse ad reformacionem viarum intra limites suarum hereditatum; nos, nolentes nos ad aliquas pensiones et impendia obligare, mandamus eidem magnifico Nicolao Jordan, capitaneo ducatus nostri Osswyanczimiensis et Zathoriensis, ut de prouentibus nostris ipsam viam reformaret pro hac vice inter istum *wawosz*, vsque vbi sepes ville et ortorum incolarum incipiunt. Ipse vero Laurencius Mischkowski, dictarum hereditatum Spithkowicze et Bachowicze possessor, se et suos successores submisit et obligauit, incipiendo a loco, ubi nunc sepes ortorum kmethonalium incipiunt, per totum intravillare et in alia parte ville, vsque ubi alie partes kmethonum orti finiuntur, viam propriis sumptibus reformare et quomodocunque destructas restaurare. Harum, quibus etc. Actum et datum in castro nostro Cracouiensi feria secunda post festum sancti Viti anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, regni nostri anno quinto decimo.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXXV. 402.

CXXXVII.

Cracoviae, a. 1521 d. 14 Augusti.

Sigismundus, rex Poloniae, iudicat controversiam, exortam inter Ernestum de Tworkow atque Petrum Gieraltowski et Jacobum Paliczowski de rebus moventibus mortui Janussii, ducis Zatoriensis.

Sigismundus, Dei gracia rex Polonie etc., significamus etc.: quomodo, cum in termino hodierno causam inter generosos: Hernestum de Thworkow et Krawarz ex vna — et Petrum Gyeralthowskij ac Jacobum Paliczowsky eisque adherentes partibus — ex altera iudicialiter audiuimus occasione certarum rerum mobilium, per ipsius patris mortem olim generosi Joannis, filij domini Janussij, ducis Zatoriensis, derelictarum et dictis Petro Gyeral-

thowsky et Jacobo Paliczowskj donatarum et inscriptarum, supradictus cum generosus Hernestus allegasset, quomodo filius olim illustrissimi domini Janussij, ducis Zathoriensis, non potuisset sine consensu et auctoritate serenissimi principis et domini, domini Hungarie et Bohemie etc. regis, nepotis nostri charissimi, et extra locum iuris, ad quod pertinebat iuxta consuetudinem ducatuum Slesie, res mobiles quascumque donare et inscribere, ex aduerso Petro Gijeraltowskij et Jacobo Paliczowskij deducente et declarante, quod pro consuetudine ducatuum Slesie olim Janussij, ducis Zathoriensis, filius licite potuit res suas mobiles quascumque vna cum inscripcionibus super certis debitis donare et inscribere, prout ipsis donauit et inscripsit; nos auditis ad longum presencium predictarum proposicionibus et responsionibus, allegacionibus et deductionibus, ad cognicionem cause et veritatis pertinentibus, decreuimus et tenore presencium decernimus, quod Hernestus de Thworkow infra hinc et festum sancti Luce ewangeliste, proxime venturum, debet hic ad nos documenta et probaciones sue intencionis afferre et illas coram nobis in effectu ponere, quibus suam proposicionem de iure et consuetudine ducatuum Slesie vel iuris, ad quod pertinet, intendit confirmare. Similiter et Petrus Gijeralthowsky ac Jacobus Paliczowskj cum sibi adherentibus faciet: quod videlicet pro eodem festo beati Luce ewangeliste proximo afferrent in effectu probacionem, de iure et consuetudine ducatuum Slesie fundatam, quod videlicet potuit filius ducis Zatoriensis res suas mobiles quascumque et inscripciones peccuniarum sine consensu serenissimi domini regis Hungarie et Boemie ac extra locum iuris donauisse. Ad quem diem festi sancti Luce nos partibus predictis vtrisque terminum assignamus et prefigimus presentibus, cum huiusmodi probacionibus coram nobis hic comparentibus, et nos tunc visis ipsis probacionibus, coram nobis hic comparentibus partibus utrisque, id decernemus iure mediante, quod iusticie et equitatis fuerit. Datum Cracouie feria quarta in vigilia Assumpcionis gloriosissime virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, regni vero nostri decimo quinto.

Relacio magnifici Cristophori de Schidlowiecz, palatini et capitanei Cracoviensis et regni Polonie cancellarij.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXVII. 225.

CXXXVIII.

Cracoviae, a. 1523 d. 11 Aprilis.

Sigismundus, rex Poloniae, bona Annae, ducissae Ratiboriensis, officio militari unius anni liberat.

Sigismundus etc. significamus tenore presentium, quibus expedit vniuersis, presentium noticiam habituris: quia nos habentes racionem peregrinacionis preclare domine Anne, ducis Ratiboriensis, quam estate instanti obire intendit, propter quam a regno nostro illam abesse necesse est, itaque propter eiusmodi ipsius a regno nostro absenciam eandem ducem ab expedicione bellica et eius seruitute, generali aut particulari, in regno nostro contra quemcunque hostem nostrum necessitate vrgente hoc anno sub ipsius absencia instituenda, absoluendum et liberandum ac emittendum duximus ac de certa scientia ac gratia nostra regia absoluimus, liberamus et emittimus, anno duntaxat currente, tenore presentium mediante, ita videlicet: quod de omnibus bonis suis sub hac ipsius absentia expedicionem et seruitutem bellicam, quam in regno nostro anno presenti fieri contigerit, nec per se, nec per alias personas seruire tenebitur, nec erit astricta. Harum testimonio literarum, quibus in fidem sigillum nostrum est impressum. Actum et datum Cracouie sabato proximo ante dominicam Conductus Pasche anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio, regni nostro anno xvij.

Sigismundus rex subscripsit.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXXVI. 149.

Anna, żona Mikołaja ks. raciborskiego, była córką Zbigniewa Tęczyńskiego, podkomorzego krakowskiego. Powyższy przywilej nadany został miastu Pleszewu (w w. ks. Poznańskiém), które Anna otrzymała w posagu. Por. Cod. dipl. Sil. ed. Grünhagen VI. Nr. 458.

CXXXIX.

Cracoviae, a. 1523 d. 29 Julii.

Sigismundus, rex Poloniae, Casimiro, duci Teschinensi, sempiternum usum et fructum villae Lipnik concedit.

Sigismundus, Dei gracia rex Polonie etc., significamus etc.: quia, etsi iam antea multo plura meruit nobis illustris princeps dominus Casimirus, in Slesia dux Thessinensis, supremus capitaneus superioris Slesie, affinis noster charissimus, tamen cum in presens nulla se huiusmodi idonea occasio offert, per quam illi bene merita sue illustritati digne compensare valeamus ac gratitudinis nostre erga illum aliquam testificacionem faciamus, verum ne vtique vacuis a nobis manibus abeat, quin inter cetera gratitudinis nostre monimenta id quoque adiciamus: intelligentes, villam nostram Lypnijk, in terra Ossvijaczimiensi sitam, bonis et oppido eiusdem illustris domini Casimiri Bielsko adiacentem ac illius vsum, si non mediocriter, accommodum esse, eandem villam Lypnyk ipsi domino Casimiro, duci Thessinensi, ad vite ipsius tempora, quam Deus in longos annos perducere dignetur, alias ipsius usum fructum duntaxat ex certa sciencia et speciali gracia regijs nostris dandum et conferendum duximus damusque et conferimus presentibus, per eundem, quoad illi vita comes fuerit, cum omnibus eiusdem ville prouentibus, fructibus, censibus, redditibus, curiis, prediis, agris, pratis, campis, siluis, nemoribus, gaiis, rubetis, fluminibus, lacubus, piscinis, piscibus et eorum demissionibus, venacionibus, aucupacionibus, aquis et earum decursibus, molendinis, et eorum emolimentis et generaliter cum omnibus et singulis vtilitatibus, quibuscunque vocitentur nominibus et cognominibus, quomodocunque ad predictam villam Lipnik ab antiquo pertinentibus, qui nunc sunt et in futurum humana industria excogitari possint, ac cum omni iure et dominio, nichil penitus pro nobis reseruando, et prout nos eadem bona tenuimus, habuimus et possidebamus, eciam iure et consuetudine terre Osswyaczimiensis tenendum, habendum, vtifruendum, pacifice et quiete possidendum vsque ad mortem ipsius domini ducis Casimiri. Qua secuta, villa predicta Lypnyk ad nos et successores nostros devoluetur iure pleno; hoc expresse addito et declarato, quod in presenti donacione nostra libera generalitas specialitati et specialitas generalitati in nullo deroget. Harum etc. Datum Cracouie feria quarta proxima post festum sancti Jacobi apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio, regni vero nostri decimo septimo.

Relacio magnifici Cristophori de Schydlowyecz, palatini et capitanei Cracouiensis ac regni Polonie cancellarii etc.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXXVII. 472.

CXL.

Petricoviae, a. 1523 d. 5 Decembris.

Sigismundus, rex Poloniae, Annae, ducissae Ratiboriensi, vectigalia remittit.

Sigismundus etc. significamus tenore presentium vniuersis: quia ex speciali gratia nostra preclare Anne, duci Rathiboriensi, contributiones et exactiones in conuentu Piotrkouiensi, proxime preterito, a duobus annis acto et in alijs conuentibus particularibus, immediate post illum celebratis, decretas, quocunque nomine nuncupatas, que ex oppido suo Pleschow et villis ad id spectantibus solui deberent, remittendas duximus remittimusque presentibus literis nostris. Et proinde tibi generoso Nicolao Potulyczki, castellano Rogosnensi, in terra predictarum contributionum et exactionum exactori, committimus et mandamus, ut ipsam ducem Rathiboriensem in hac remissione et gratia, per nos illi facta, conserues easdemque contributiones et exactiones supra nominatas de oppido ipsius Pleschow et villis ad id spectantibus non exigas, nec exigi facias pro gratia nostra. Datum in Piotrkow sabato proximo ante festum sancti Nicolai anno Domini M°D°XXIII°, regni nostri anno decimo septimo.

Petrus, episcopus et vicecancellarius, subscripsit.

Dokument zapisany w Metr. Kor. XXXVI. 355.
Miejsce oznaczone kropkami jest w oryginale wypełnione kreską poziomą.

CXLI.

Legnitz, a. 1526 d. 15 Februarii.

Fridericus, dux Lignicensis, sibi a Sigismundo, rege Poloniae, mille septingentos quinquaginta florenos solutos esse testatur.

Nos Fridericus, Dei gracia dux Slesie Legnicensis, Bregensis etc., nec non inferioris Slesie capitaneus supremus, presencium tenore publice profitemur: nos a serenissimo ac potentissimo principe ac domino, domino Sigismundo, Polonie rege, magno duce Lithuanie, Russie tociusque Prussie domino et heredi(!) etc., domino nostro clementissimo, ad nostras manus dinumeratos recepisse mille septingentos et quinquaginta florenos in moneta, triginta grossis polonicalibus pro quolibet floreno computatis, super sortem aut summam trium millium et quingentorum florenorum eiusdem monete, in qua maiestas sua iuxta inscriptionem, a sua maiestate nobis desuper data, obligata est. Dicimus igitur vigore presencium maiestatem suam omnino liberam eamque nomine nostro et heredum nostrorum quietamus racione talium mille septingentorum et quinquaginta florenorum, nobis dinumeratorum, bona fide pro nobis et heredibus nostris promittentes: quod suam regiam maiestatem super his mille septingentis et quinquaginta florenis neque nunc, neque in posterum impetere vel quolibet modo monere debemus, nec volumus, sed maiestatem suam omnino de his semper liberam habere. In cuius testimonium presentes sigillo nostro subappenso roborauimus et in maius testimonium propria manu subscripsimus. Datum Legnitz decima quinta die mensis Februarij anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Fridericus dux manu propria subscripsit.

Oryginał pargaminowy, zachowany w Arch. Głównćm pod Nr. 1381; szeroki 37, wysoki 27 centymetry.
Pieczęć, dobrze zachowana, wisi na pasku pargaminowym.

CXLII.

Onnolispach, a. 1528 d. 24 Augusti.

Georgius, marchio Brandenburgensis, consulit Sigismundum, regem Poloniae, quid sibi faciendum sit, ut adipiscatur ducatum Opoliensem et Ratiboriensem.

Durchleuchtiger konig, vnnser willig, freuntlich dinst zuuor. Lieber herr vnnd ohaijm! Nachdem sich vff den vertrag zwischen euer koniglichen wirde vnnd dem hochgebornnen furssten, vnnserm freuntlichen lieben bruder, herrn Albrechten, marggrafen zw Branndenburg, herczogenn inn Prewssenn etc., des negstuerganngen funf vnnd zweintzigsten jars zw Kragkhawe aufgericht, geburn hett, euer konigliche wirde die bekhanntnus inn sollchem vertrag vonn vnnsern darinuerleijbten brwdern zu gescheen, vor der zeit verfertigt zu vberschicken, wellchs sich aber bisshere mit verwilligung euer koniglichen wirde verzogen hat; sagenn wir zuuerdersst derselbenn euer koniglichen wirde, sollchs irs gnedigenn vnd freuntlichen gedulttragens und zueinwilligenerzaijgenns ganntz dinstlichenn vnd freuntlichen danck. Wollenn auch sollchs widerumb mit allem vleis gegenn euer koniglichen wirde verdiennen vnnd schickenn euer koniglichen wirde darauff sollche bekhanntnus vnter vnnserm innsigel hiemit zw, wie euer konigliche wirde sehenn vnd vernemen werdenn, der wir zw diennstlicher vnd freuntlicher wilfarung beraijt vnd willig sind. Dabeij wollenn wir auch euer koniglichen wirde nit verhallten, nachdem dieselbenn an zweyuel waijsst, das wir vonn weijllundt konig Vladisslawen vonn Hungern vnd Behaijm vnd darnach konig Luedwigen, seinem sone, beder seeliger loblicher gedechtnus, auff ein vertrag mit hertzog Johannsenn von Opeln vnd dem verstorbenn herzog Valentin vonn Rottibarn etc. auffgericht, mit denselbenn beden furstennthumben begnad sind; vnnd so stattlich vnd krefftig, alls imer moglich ist inn sollchenn felln zu gescheen etc., haben wir die ijtzigenn koniglichen wirde zw Hungernn vnd Beheim, vnnsern liebenn herrnn Oheim vnd schwager, vmb confir-

